عرق V, *mores Iracanos habuit*, M ٣١١, 15, coll. ٣١٢, 1. — عِرْق, pl. عُرُوق, *vena* in geologia, H ٣٠, 8 (عرق الرمل), Jacût, I, ٥٢٨, 18, ٥٢٩, 3, ٧٤٣ ult., ٧٤٤, 1 seqq., IV, ١٠١٢, 18, Gloss. Edrîsî. — عِرَاقى, epitheton vasorum fictilium et vitreorum, quae ex Irâco exportabantur, H ٤٩ ult., Ibn Batûta, III, 8, Dozy, Gloss. Esp. ar., p. 87 et 287 seq. Ibn Djobair ٨١, 3 a f. loquitur de vitreo Iracano fenestrarum.

عرك. مَعْرَك. Inter loca sancta Syriae appellatur quoque M ١٥١, 10 معرك يحيى, fort. *locus piscandi Johannis*.

عرم II, *acervavit*, *accumulavit* grana, M ٦٤ *k* (p. ٦٥ ann. l. 1 et 2). Dozy ex Vocab. — عَرَمَة, *acervus* frumenti, habet quoque pl. عِرَام, M ٦٤ *k* (p. ٦٥ ann. l. 3 seq.), ٢١٢, 15 seqq.

عرى. عَرَاة, pl. عَرًى, *scopulus* in mari, M ١٢, 1—6, quos I ٣٠, 3 vocat montes aqua tectos, Edrîsî l. in traductione Jaubert I, 331, 4 seqq.

وفيه جبال عادية فوق الماء وفيه تروش وقلالات ظاعرة ومخفية, in quo loco pro عادية leg. عارية, ut patet e loco apud Jaubert, I, 134, 8 وهذا البحر كثير القلالات والتروش والجبال الناتئة. — عارٍ, *manifestus*, *evidens*, M ٣٥٩ ult.; cf. apud Lane عارٍ الحقّ.

عز. عَزِيزٌ, *rarus* (I ٤٢, 8 ut عزيز الوجود M ٢٤٠, 18), et hinc *carus* pretii = غال, M ٢٠٠, 3 (Dozy: *cher*). — عزيزيّ in verbis M ٣١٠, 1 وتمّ عدل حقيقيّ ونظر عزيزيّ fortasse derivandum est ab عمر بن عبد العزيز.

عزب V dicitur quoque de tribubus qui longe ab urbibus *in medio deserto habitant*, H ٧١, 6 et 20, ٧٢, 5.

عزل. مَعْزِل. Pro في معزل (I ٩٣, 7, M ٤٩٤, 11) et بمعزل (M ٢٧٤, 2, ٣٦٩, 11) de quibus vid. Lane et Gloss. Moslim, dîcitur quoque على معزل, M ٢٧٤ *c*, ٢٨٩, 12. Dicitur quoque انحاز الرجال والنساء الى معزل »viri et mulieres discedunt in duos locos separatos". — المُعْتَزِلَة memorantur H ٦٩, 4 seq., M ٣٧, 6, 11, 20, ٣٨, 9, 11, 13, ٤١, 6, ٩٩, 5, ١٢٩, 6, ١٤٢, 11, ١٧٩, 18, ٢٠٢, 17, ٢٣٩, 11, ٢٣٨, 5, ٣٢٣, 6, ٤١٠, 4, ٤١٤, 18, ٤١٥, 3, ٤٣٨, 8, ٤٣٩, 13, ٤٩٤, 8, ٤٩٩ *b*, ٤٨١, 10.

عسل. العَسَل القطر vid. sub قطر; — شراب العَسَل vid. sub شراب. — عَسَلِيّ, *mellis colorem habens*, *flavus*, M ١٢٨, 17; vid. Dozy.

عسا. عاسٍ, *durus* de carnibus (*coriace*), ut syn. جاسٍ, M ١٥٧, 6, ٣٩١, 9, Bocthor apud Dozy.

عشب. Genus piscium aestimatissimum est in fluvio Armeniaco Cyro, cuius nomen edidi عشوبة apud I ١٨٣, 6, H ٢٤١, 10, قسبوية apud M ٣٧٣, ult., ٣٨٠, 9. Lectio nimirum est incertissima. Vid. var. l. l. apud I ١٨٣ *h*, quibus adde L السبس, H ٢٤١ *f*, M ٣٧٣ *t*. Forte cogitandum de عشبور (عشبورة), *dentale*, apud Dozy.

عشر. عُشْرٌ. In Maghrib hoc nomine speciatim illud tributum designari videtur, quod de fructibus et frugibus solvendum erat, H ٤٤, 13, ٥٢, 20, ٦٩, 13, ٧٧, 13; cf. mea *Descriptio al-Magribi*, p. 36 seq. — عُشْرِيّ epitheton navium, de quibus *decuma* solvi debet, H ٢٠, 5.

عصد. عَصِيدَةٌ habet pl. عصائد, M ۴۴, 7, Dozy. Loco mellis saepe dactyli dulcissimi huic cibo coquendo adhibebantur, M ۴۹۸ *m*, ۴۷۰, 10.

عصر X, *paravit* saccharum e canna, I ۹۱ *h*. — مَعْصَرَةٌ, pl. مَعَاصِرُ, *torcular* (*pressoir*, *moulin* surtout *moulin à huile* ou *à sucre* Dozy), H ۹۳, 1 et 3, M ۲۲۷, 11, ۲۸۴, 16, Jacût, I, ۹۹, 18, ۹۵۲, 10, ۷۸۲, 1, ۸۴۵, 11. — المَعْصُور, quod inter producta praecipua Damasci memoratur M ۱۸۱, 1, videtur esse idem quod عَصِيرٌ, *oleum olivarum* (Dozy) aut certa eius species.

عصلون. مشمش العصلونيّ, species mali Persici quae in Naisâbûr crescit, M ۷, 3.

عصم. عنب العاصميّ, species exquisita uvarum in Palaestina, M ۱۸۱, 12, *Mohît* apud Dozy.

عضّ. يَعْضُوضٌ, species dactylorum in provincia Basrae, M ۱۳۰ *p*. Fortasse legendum est تَعْضُوضٌ, quo nomine appellatur praestans species dactylorum in Bahrain, vid. Lane. In traditione occurrit, *Faïk*, I, 503, II, 375, sed quoque ibi in commentario forma nostra non memoratur. Docet autem Zamakhscharî pluralem esse تعضوضاء et nomen derivari ab عضّ, quoniam فيها تظفير اى اساريعُ وتحزيز وكأنّ ذلك شبه بآثار العضّ.

عطب I, *fracta est* navis, M ۱۲, 8; Dozy: *faire naufrage*. — IV causative, *fecit* scopulus *ut navis frangeretur*, M ۱۲, 6 (= II apud Dozy). — عَطَبٌ, *naufragium*, M ۱۲, 11, Dozy.

عطف VII c. على, *flexit locum* (= I et V), I ۴۸, 13 (l. 8 يعطف. Cod. B يتعطف), ۱۷۰, 10 (ubi var. l. يعطف). — عَطْفٌ, pl. عطوف, *sinus*, *flexura* maris et fluvii (Lane: *a bending*), I ۳۳, 3 et 12, H ۳۹, 8, Jacût, I, ۳۷۷, 16, III, ۷۴, 22, Gloss. Edrîsî et Belâdh. — Eodem sensu etiam saepe occurrit مُعْطَفٌ, pl. مَعَاطِفُ, I ۹, 13, ۳۲, 3, H ۱۱, 20, ۳۷, 18; *anfractus* montis, I ۲۲۸, 15, H ۲۸۸, 18, vallis, Jacût, I, ۸۵۱, 18 cet. — عَطِيفٌ, *benignus*, M ۳۱۱ *g* دعوة مؤمن عطيفة; cf. supra sub دعوة; *prosper* de foro, M ۳۹۰, 3.

عطل II الجامعَ, sensu *mettre hors de service* (Dozy), M ۳۱۱ *s*, ۳۹۵, 6. —

V, effectivum formae 2dae, *in usu esse desiit* de via, I ۲۸, 2; *neglectus est* de fodina, I ۲٦٩, 3; *desertus est* de castello, de urbe, I ۱۱۷, 9, ۲۴۲, 13 (cf. Ibn Doraid in *Djamhara* وعطّل القومُ منزلَهم تعطيلاً اذا ارتحلوا عنه et عُطُل apud Lane); *irritus factus est* de satione, M ۲۱۳, 1, Fleischer apud Dozy. — عَطَلٌ (aut عُطُلٌ), *incultus* (*en friche*), M ۲٦۷, 1.

عطا. العَطَائِيّة, nomen sectae, M ۳۷, 8.

عظم II دينَه, *celebravit cultum suum*, I ٦., 4 et 7, H ۱۱٥, 5 et 8. — عَظِيمٌ, *multus* = كثير, H ۳۲۳, 5 ويرتفع من بشين ارزٌ عظيم; — *superbus*, malo sensu, H ۸۴, 21.

عفّ III, c. acc., *abstinuit re*, H ۱۳۷, 17.

عفط. Compar. أَعْفَطُ, M ۳۴, 16.

عفن. Adiectivum عَفِنٌ saepe de loco immundo, male olenti adhibetur, M ۱۱۸, 6, ۲.., 1, ۲.۲, 14, ۳.٥, 17, ۳۱٥, 15, Mas'ûdî II, 320 et sic substantivum عَفَنٌ M ۲۸., 3.

عقّ. عَقِيقِيٌّ, adi. relat. ab عقيق, M ۱٥۸, 1.

عقد I, c. على p., acc. r., *mandavit*, *faciendum imposuit*, ut in verbis M ۲۱۳, 6 ولا ان تباع (الثيابُ) الّا على يد سماسرة قد عُقدت عليهم »neque licet eos (pannos) vendere nisi per proxenetas, *quibus id contractu mandatum est*. — VII sensu *congelari*, *inspissari* cet. (vid. Dozy) dicitur de sale, I ۱۲۲, 8 وينعقد فيها ملح (*se cristalliser*), et de aqua salsa, H ۱۹۳, 9 وماؤها ملح ينعقد ملحًا. Eodem sensu جمد occurrit I ۱٥٥, 10. — *Accumulari*, sensu proprio de arenis (M ۱۸٦, 7, ۱۹٥ *h*) vid. Lane, tropice de pecunia dicitur, H ۱.۸, 4. Eodem sensu عَقَدَ apud Makrîzî, I, ۹۹, 10. — VIII, *instruxit*, *ornavit* re (ب), *suppeditavit*, H ۲۴۲ *f* يعتقد (الجامعَ) الملكُ بالشمع والقناديل وما يحتاج اليه. — عَقْدٌ, pl. عقود, vid. sub طرح. — العِقْدانيّة appellabantur apud Karmathos senatores qui potestatem ligandi et solvendi habebant, ut explicat Ibn Khaldûn. Vid. H ۲۲, 17 et cf. *Mémoire sur les Carmathes du Bahrain*, p. 58. — مَعْقَدٌ, pl. مَعَاقِد,

in archit. *clef de voûte* (de Slane apud Dozy), H ١١٥, 12 ومعاقد رؤوس اساطينه, ut quoque recepi I ٦٠, 11 ubi duo Codd. وقواعد, ceteri tantum ورؤوس ut M ١٥٧, 15. — مُتَعَقِّد, *difficilis intellectu* de sermone, I ١٩٢ Add.

عقص II, *intricavit*, M ٢٨٧ *e*, ubi legi معقّصة الاعمال »ditiones intricatae sunt'' i. e. fines ditionum incerti sunt, non certum est ubi haec desinit, illa incipit.

عقل I. Bis restitui apud M ١٥٩, 6 et ٣٩٩, 11 لا تعقل »non intelligis'' pro Codicis lectione لا تفعل. — مَعْقِلِيّ, nota species dactylorum in provincia Basrae, M ١٢٨, 16, ١٣٠ *p*, ٢١٧ *c*, ٢٧٠, 12.

عقم. عَقْم, *curvatura*, *flexus*, H ٣٨, 18 (= عطف apud I ٣٣). Est aut e sermone Aramaïco (עקם, *torsit*, *flexit*, *curvavit*) mutuatum, aut litteris ب et م permutatis pro عَقْب (*extremitas*). — مُلْكٌ عَقِيم, *regnum tyrannicum* in quo sola regis voluntas valet, H ١٠٠, 3.

عكب. عَكُّوب, species cardui edulis, quae inter optima producta Palaestinae et Persidis memoratur, M ١٨١, 9, ٤٢٠, 12. Vid. Dozy.

علج VI, c. ب, *uti aliqua re tanquam remedio*, I ٥٠ paen., H ٩٨, 17 et hinc apud Edrîsî (vid. Gloss.). Cf. Jacût, II, ٦٤١, 8 من كانت له خنازير قصد هذا الموضع للتعالج, *ut sibi medeatur*, *remedii causa*.

علق. عِلْق, pl. عُلُوق, proprie *deliciae domini* (Ibno 'l-A'râbî apud Nawâwî: سمّى علقًا لانه علق به لحبّه ايّاه يقال ذلك لكل ما احبّه), eandem significationem accepit quam أَمْرَد, M ٢١٩, 6, Jacût, I, ٦٩٣, 13, ٧٥٨, 7. Hinc deinde convicium factum est (Dozy: *vaurien*), ut in versu apud Khafâdjî ١٨٢: وتحسبه اذا راى جمالها العلق ساجد. — عَلَقَة apud M ٣٩٧, 9 وتحلقه علقة, ubi Abu No'aim العلق, accipiendum est solito sensu *sanguisugae*, quae interdum simul cum aqua sorbetur et in gutture haeret, vid. Jacût, IV, ٢٩٢, 2, coll. cum Kazw. II, ١٦٥, 18, ubi post العلق additur من الحيوانات, Aghânî, XIII, ١٢٢, 6 a f., Ibno 's-Schihna f. 51 v., Kazw. II, ٣٦٩, 18 seqq.

علك VII, *indurescere* de dulciariis, M ٢٠٤, 8. — عَلِك, *tenax*, de

luto egregio, M ٣١٥, 1 (تربة علكة), ۴٦٥, 14, Jacût, I, ٦٣٦ paen.; cf. Lane. — عَلَاكَة, *tenacitas* luti, M ٣١١, 8.

علم. عَلَامَة, *subscriptio documenti publici* (Dozy), hinc *syngraphus*, H ١٣٥, 7 لا تعبر عليها سفن البحر الّا باذن وعلامة كالمرصد. — مُعْلَم de veste est *acu pictus* generali sensu, opp. ساذج, I ١٥٣, 13, H ٢١٣, 20, M ٣٦٧, 4 (vid. Lane), sed quoque genus speciale panni acu picti, opp. مطرّز, Jacût, II, ٩٠٣, 14. — مُعَلِّم, propr. *magister*, titulus eunuchi, M ٣١, 7, ٢۴٢, 13. In Djordjân ita appellabatur العالِم i. e. doctus, spec. theologiae et iurisprudentiae doctor, M ٣٦٩, 4 et *e*.

علا. عَلَى. ارحيتهم على الدوابّ, *molae eorum vertuntur ope iumentorum*, I ٢٧٣, 2 seq., H ٣٢۴, 3, ut dicitur الارض سقيت على اعناق البقر, Makrîzî, I, ٢۴٨ med., ٢۴٩, 4. — *Prope*, *ad*, المفازة على سياه كوه, I ٨, 7, coll. ann. *g*. — ما هو (كان) عليه وبه, *externa et interna conditio eius*, H ١٣۴, 2, ٢٣٨, 5. — عَلَوِيَّة, moneta in Jemen usitata, quarta pars dirhemi, M ٩٩, 12, ١٠٥, 4.

عمد. عُمْدَة. عُمَدُ ممالك الارض, *praecipua regna*, I ۴, 3, H ٩, 11. — عَمُود, *pars praecipua rei* (vid. Dozy), hinc عمود النهر I ٥٩ paen., ٨١, ٢٢٢, ٢٩٩, ٣١٠, Gloss. Edrîsî, Belâdhorî ٢٩٢, Jacût, I, ١١٣; عمود الجبل I ٣١٣, 1. — مُعْتَمَد, adiect. *fidus*, ۴٢٩, 8 = ثقة I ١٥٥ *c*.

عمر V, *culta evasit* regio ope (على) fluvii, I ٧٨, 1 فيتعمّر عليه (على دجيل) قطعة كبيرة من سواد بغداد. Vocabulista apud Dozy. — VII quasi-passiv. ab I, H ١٥٢ ann. l. 13, Jacût, IV, ٢٢, 17, ۴٩٧, 19, Ibno 'l-Athîr, I, ١٨٩, 11. — عَمْرِي (vocalis ex *Kam.*), species dactylorum in provincia Basrae, M ١٣٠ *p*, Abu 'l-Kâsim supra sub ابراهيمى. — Epitheton pruni, vid. sub اجاص. — عَمَّارِيَّة, species pilenti camelini, secundum Faiyûmî in *Miçbâh* et Makrîzî, I, ۴۴٩, 6 a f. (ubi male الكجاوات, vid. Juynboll ad Abu 'l-Mahâsin, II, ۴٥٢ ann. 2), eadem quae Persice كجاوه dicitur. Nawâwî in *Tahdhîb* dicit: بفتح العين قال ابن البرزى رحمه ثم ابن باطيش ع

في شرحيهما الفاظ المهذب هى بفتح العين وتشديد الميم وفتحهما (sic) وذكرها غيرهما بتخفيف الميم وهو مركب صغير على هيئة مهد الصبىّ او قريبة من صورته ولعلها ماخوذة من العمارة بفتح العين وتخفيف الميم وهى كل شىء جعلته على راسك من عمامة او قلنسوة او تاج او غير ذلك ذكره الازهرى والجوهرى قال فيه عمارة بالهاء والازهرى قال عمار بغير هاء. Pro pronuntiatione cum *teschdîd* facit versus, quem laudat Dozy ex Makkarîo, et qui quoque exstat apud Jacût, IV, ٩٩٨, 1. Secundum M ١٣٤, 3 maius est quam pilentae quae محمل et كنيسة vocantur. Formam pyramidalem habuisse patet e comparatione I ٥١, 13, M ٢١٠, 4 et 11, et in versu supra laudato. Locis apud Dozy addi possunt: Arîb Ms. Goth. f. 40 r. وبعث بطاهر واخويه ومضى الحسين مصعدًا ومعه الى السلطان فأُدخلوا فى عماريّات مكشوفة, f. 81 r. جماعة من الاكراد والاعراب وعشر عماريّات فيها حرمه, Aghânî, XVIII, ١٨٠, 20 فعادلْتُه فى العماريّة من مرو الى الحرم فى العماريات على الجمازات, Jacût, II, ٨٩٧, 12 الى الرىّ, unde patet singulari quoque significari duplex pilentum, ٨٩٨, 3 فاخرج راسه من العماريّة, Kazwînî II, ٢٧٦, 6 a f.; Vullers habet عَمارى.

عمل I c. acc., *coluit* palmas, M ٣٥٤, 3, ٣٦٥, 7, Lane sub عَمَّلٌ. — *Excoluit*, *polivit*, H ٣٢, 1 (= حكّ I ٢٥, 2) et hinc Edrîsî Clim. II, Sect. 6 فتعمل هذه الاحجار فاذا عملت وصقلت ظهر حسنها وصفا جوهرها, Dozy: *travailler;* — c. فى, *laboravit in re*, *operam dedit rei*, I ١٧, 14, H ٢٥, 12 قد عملت فى ايام المقتدر, M ٢٥٥, 1 قد عمل فيها بعض الولاة فاستتمّ فى السياحة, Jacût, III, ٣١, 6 يعملون فى البحر, *navigationi incumbunt;* — c. على, *intendit*, *sibi proposuit*, H ٥, 20, ٢٨٣ ult., Dozy. — IV intrans. (subintellecto طريقًا), propr. *viam aperivit*, *fecit* (de Sacy apud Dozy), hinc *penetravit*, H ١٠٤, 2. — X, *fabricavit*, *fabricari iussit*, H ١٠٥, 8. — عَمَلٌ, pl. أَعْمالٌ, *fabrica*, H ٤٩, 7; — *res fabricata* (opp. متاع merces advectae), H ١٠٥, 6, Dozy. — عَمَلِيَّةٌ, nomen orthodoxorum (ut vid.) in urbe Herât, M ٣٣٦, 11. — مَعْمُولٌ, *res fabricata* (Gloss. Edrîsî), spec. de rebus arte et eleganter confectis, habet pl. معمولات, M ١٨٠ ult.

عَنْ. Dicitur عن خمسين فرسخًا من عمان, *distantiâ quinquaginta parasangarum ab Oman*, H ٧, 14, عن قرب مسافة ما بين العدوتين, *minimo intervallo intercedente inter duas ripas*, H ٧٣, 10. — Eandem significationem habet quod Anglicum *off* (*ex adverso, e regione*) e. g. M ١٢, 5 ثم عن جزيرة الصلاب مضيق »deinde ex adverso insulae aç-Çilâb sunt angustiae", Mas'ûdî, I, 263 paen. الجبل الاقرع عن اعمال انطاكية »e regione agri Antiocheni". Cf. quoque Ibn Batûta, IV, 137 لا ينزل احد عن المرسى الّا باذنهم. — *E ratione* in hac phrasi عن صرف سبعة عشر بدينار, *ea ratione ut septemdecim drachmae valeant denarium*, H ٧٤, 4.

عنب. وَقْتُ العِنَبِ, *tempus vindemiae*, opp. وقت المطر, M ٤٢٥, 11.

عَنْزَرُوتٌ, ut apud Plinium *sarcocolla*, tum gummi, tum plantam designat, M ٤٢٠, 10, ٤٤٣, 9 et *s.* Plerumque scribitur انزروت e. g. Ibn Djazla انزروت هو صمغ شجرة — بجبال فارس واللوردجان. Cf. Polak, II, 285.

عنف. عَنَفَةٌ, propr. n. act., *durities*, *violentia*, M ٢٤٣ *p*, ubi in textu غشامة.

عنق. عُنُقٌ, pl. اعناق, de fructibus e genere cucurbitarum et pomarum, explicatum est in Gloss. Edrîsî. Dicitur سفرجل باعناق H ٥٢, 11, *Journ. asiat.*, XV, 1, p. 121, et سفرجل مُعَنَّقٌ, H ٥٢, 22, ٩٠, 5, ٩٤, 12. Hinc مُعَنَّقَةٌ est *malum cydonium*, M ٧, 1, ١٦٩, 5, ١٨١, 3, 8 et ann. *f.* — Dicitur خرج الناس اليهم عنقًا واحدًا, M ٢٤٤ *b*.

عنى II, de medicamento cathartico, *movit*, *sollicitavit* alvum, M ٤٤٤, 3 et 4 (*teschdîd* in Cod. B). — V c. الى, *difficile iter suscepit*, M ٢٢٩, 12.

عهد V, *curavit* aliquem: تحت ظلّه وتعهُّده, *sub umbra et in tutela eius*, M ٣١٤ *b*, Gloss. Fragm. apud Dozy. — VI idem: تحت كنفه وتعاهُده M ١٤٧, 14, ٣١٤, 3, فى اجراء وتعاهد, »in beneficiis et cura", M ١٤٨, 1, ٣٦١ *e*. — C. acc. p. et ب r., *misit constanter aliquid alicui*, H ٢٧٩, 21, Dozy.

عوج. عَاجِيٌّ, *qui ebur tractat venditve*, I ١٧٤, 3, H ٢٢٩, 2.

عود I c. الى, *pertinuit ad*, I ٢ ult. (H ٤, 14 pro يعود habet يفرد).

عور IV. Dicitur لم يُعْرِنى لحظًا, *obtutu me non dignatus est*, H ٢.٦, 14. — VI. Notanda phrasis تعاورتنى الاسفار, H ٦, 1.

عوق. مَعُوقَةٌ, *impedimentum*, *praeclusio* viatorum, H ١٣٩, 7.

عول. عِيَالٌ. M ١٩٣, 8 dicit »Hidjâz cum incolis est عيال Aegypti" i. e. inde victum exspectare debet. — Pl. عِيَالَاتٌ H ٢٤٨, 4. — مُعَوِّلٌ. وعليها معوّلهم فى شربهم (على عين زياد), *haec fons aquam iis suppeditat*, H ٦١, 6. Dozy. — مِعْوَلٌ, sensu quem habet Lane »a pickaxe" = فأس, M ٣١, 12, Jacût, II, ١٧٢, 10; instrumentum lapicidae, M ٤٤., 5 et 6.

عون. مَعُونَةٌ, pl. مَعَاوِنُ, *tributum*, H ٥٩, 6 et fortasse ٥١, 2 seq. — مَعُونَةٌ et quoque plur. مَعَاوِنُ, *disciplina publica*, Arîb, Ms. Goth. f. 80 r. وكان يتقلّد له معونة واسط, f. 82 r. وفى هذه السنة قلّد ورقاء بن محمد معونة الكوفة, f. 156 r. فقلّد ابا العباس بن كيغلغ معاون همذان ونهاوند, f. 168 r. وكان يلى المعاون بديار مصر. *Magistratus* cui cura eius mandata est, appellatur صاحبُ مَعُونَةٍ s. والى, I ٢٦٢, 1, H ٩٣, 13, ٩٤, 1, ١٦٦, 18, ٣.٧, 12, ٣.٩, 13, ٣١٥, 16, ٣٤٢, 11, ٣٤٣, 11, Jacût, II, ٧٩٩, 1. Pl. est اصحاب معاون, H ٣.٩, 16, Arîb f. 40 v. Dicitur quoque عامل المعونة, H ٣٤٢, 13 et صاحب المعاون, Arîb f. 4 v. Vid. porro Dozy.

عيب I c. على p., *vituperavit*, M ١..., 1.

عير. عَيَارَةٌ, *improbitas*, conditio hominis qui عيّار appellatur, H ٢٣٧, 16.

عيش. مَعِيشَةٌ, pl. معايش, *taberna mercatoria*, M ٢.٣, 1, Gloss. Edrîsî, *Journ. asiat.* 1860, II, 138, Nowairî Ms. 19 *b*, f. 11 v. Hinc ارباب المعايش, *tabernarii*, Nowairî ib. f. 2 v., 3 r., 11 r.

عين. عِين, nomen piscis in Tigride, M ١٣. *p*; fortasse legendum عبر q. v. apud Dozy. — عُيُونٌ, M ١٦٢, 4, videtur esse *prunae* (vid. Lane et Dozy). — Interdum, ut docet Dozy, عين cum alio nomine coniunctum quodammodo superlativum exprimit, sic M ٣٩١, 16 وهو اذا خصّك عين الفاسق »si vero te ut amicum intimum tractat, tum inprimis scelestissi-

mus est". — عينونيّ vid. sub زبيب. — معين. Non intelligo locum H ٢٤., 3 لم تزل معينُ السلطان من الاعتراضات سليمة, fortasse corruptum.

غتم. أَغْتَامٌ (pl. a غُتْمِيّ, vid. Lane ex TA et Jacût, II, ٣٤٢, 2), *moribus barbari*, H ٨٥, 2 et sic restituas Mas'ûdî VI, 449, 4 pro الاغنام et Hamza ٢١٧, 12 in verbis عند اعتام عرب الشام et 3 a f. — أَغْتَمُ compar., M ٣٣ *i*.

غثّ. غَثٌّ, pl. غِثَاثٌ, *vilis*, *pravus*, H ٨٥, 2, Voc. apud Dozy, Jacût, III, ٧٧٥, 15 والغَثُّ الردىّ من كلّ شيء.

غدر III c. من, *differre a*, I ٤٢, 7, ٦٤, 11, H ١٢٤, 7 et 12. Dozy.

غرّ VIII, *periculo et exitio expositus fuit*, M ١٢, 1. Cf. Diwân Hodh. f. 40 r. من يغترّ بالحرب العذوم, *qui belli crudelis victima factus est*. — غُرّ, *herba inutilis*, M ١٨٨, 8. Videtur esse collectivum vocis غَرَّاء (q. v. apud Dozy: *gingidium*, *fenouil sauvage*, *persil sauvage*), nisi quod haec planta potius in valle crescit. — غِرَارَة, mensura in Damasco, quae kafîzum Palaestinensem unum et dimidium continebat, M ١٨١, 19, i. e. 12 كيلجة, ut quoque docent *Mohît*, ubi 12 كيل, et Berggren p. 561, ubi 12 شُنْبُل. Vid. quoque Mehren, *Syrien og Palaestina*, p. 44 et Dozy. — اغرّ. Dicitur quoque مدينة غَرَّاء, *urbs illustris*, I ٣٥, 2, Jacût, II, ٤٠٤, 13. — مغارّات (?), *loca periculosa*, M ٢ *a*.

غرب. مَغْرِبِيّ, epitheton coactorum, اللبود المغربيّة, I ٤٥ paen., H ٧٩, 1, palliorum, الاكسية المغاربة, H ٤٤, 16, 1 coriorum الانطاع المغربية, Abu 'l-Kâsim l. l. f. 32 r.

غرس. غَرْسٌ, pl. غُرُوسٌ, *ager consitus*, *hortus*, I ٢٦٣, 1. Dozy.

غرق I, *immersus est*, *penetravit* de pede in terram, M ١٣, 13, syn. غمس et غاص vid. ann. *q*. Dozy. — V, *profusus fuit* in re, H ١٩ *i* (?).

غراقي, species dactylorum in provincia Basrae, M ١٣. *p*.

غرنق. مُغَرْنَقٌ, epitheton falconis, H ٣٣٧, 14, incertae significationis, licet videatur referendum ad colorem. Nam غرنوق adeo specialiter *albi coloris* avem denotat, ut pro corroboratione adiectivi ابيض adhiberi possit.

Sic nempe ad verba traditionis, *Fâik*, II, 222 طائر ابيض غُرْنُوق كانه قُبْطِيَّة explicat Zamakhscharî: لمّا كانت الكلمة دالّةً على معنى البياض أُكّدَ بها الابيض.

غزر V = I de aqua, H ٣٩٢ *o*. — غَزِيرٌ, *multus*, de tribubus, H ٤٥, 14.

غسل V, *se lavit*, M ١٨٥ *k*.

غشّ. أَغَشُّ compar., M ٣٣, 10.

غشك secundum M ٣٠٤, 4 in urbe Ghaznîn appellatur species tessellarum, quibus teguntur parietes ligneae domorum.

غشم. غَشَامَة, *ruditas morum*, qualitas eius qui غشيم (*agrestis*, *incultus*) appellatur, M ٢٤٣, 14.

غصّ VII = I et VIII. Dicitur مدينة منغصّة بالخلق, H ٢٣٨ *l*, ٢٤٠ *i*, ut غاصّة et مغتصّة (*Asâs*).

غضر. غَضَارٌ, *fictilia*, collective, H ٤٩, 20, ٢١٥, 1, Gloss. Edrîsî et Dozy; n. unit. غَضَارَة, *scutella* minor quam جفنة, H ٢١٢, 14 = زبدية I ١٥٥ *h*. Pl. غَضَائِرُ, *fictilia*, Jacût, III, ٤٥٥, 18 (de fictilibus Sinensibus, *de la porcelaine*), IV, ١٥, 3 الغضائر القاشانيُّ, Thaâlibî, *Latâif*, ٨٧ med. غضارة من غضائر الخزف الاحمر فبخّر الموضعُ بها. (Minus recte ibi editum est غِضَارَة quae est forma vulgaris, vid. *Morgenl. Forsch.* 148, 3), ١٢٧, 5 a f. (de fictilibus Sinensibus), Ibno 's-Schihna f. 29 r.: الغضائر الاوانى التى يؤكل فيها تكون من خزف وغيره. Soyûtî, *Mozhir*, ١٤٧ docet vocem esse novam (مولدة).

غطرف. درهم غِطْرِيفِيّ in Bokhâra usitatus, I ٣١٤, 12 seqq., H ٣٦٣, 13 seqq., M ٣٤٠, 4 seqq., *Mohît* apud Dozy. Secundum Narschakhî (apud Lerch, *Sur les monnaies des Boukhâr-khoudahs*, Vol. II des Travaux de la 3e session du Congrès international des Orientalistes) nomen habent a Ghitrîf, avunculo Hârûn ar-Raschîdi. Hinc Persicum غدرفى est ortum, vid. Vullers, ubi vero male explicatur, ut quoque apud Vámbéry, *Scetches*, 263.

غطى II dicitur de arboribus qui locum abscondunt, I ١٢٨, 9. — *Tecto texit*, I ٢٠, 8, H ٢٨, 4 ورايتُ هذه البئر مغطّاة قد بُنى عليها بيت Hinc المُغَطَّى appellatur *pars templi quae tecto obumbratur*, M ٨٢, 2, ١٣٨, 13, ١٥٨, 14 et 16, ١٦٥, 11, ١٨٢, 7 et 9.

غلّ. غَلَّة, *reditus locarii tabernarum in foro*, I ٢٤١, 11, ubi Abulfeda اجرة, Vers. Pers. حاصل, H ٢٩٨, 14, cf. Gloss. Belâdh., cuius exemplis adde: Jacût, IV, ٢٥٤, 19, ٢٨٧, 10. — In Gloss. Edrîsî dictum iam est vocem غلّة habere sensum largissimum ut Gallicum *récolte*. Addendum est quoque adhiberi ad significandam *fructuum perceptionem* e. g. Ms. 138, f. 114 v. وقت غلّة التين. Speciatim *fruges* designat, H ٥٣, 7, ٣٠٢, 2, Jacût, III, ٤٩, 1, Dozy, Polak, *Persien*, II, 136 »Körnerfrüchte". Teste Brosset, Introduction sur l'Histoire de la Georgie, CLXXI, significat tributum de frugibus et haec videtur esse significatio apud Jakûbî ٣٨, 10. — *Ager cultus*, I ٣١٧, 2, H ٣٦٩, 11, Aghânî, XII, ١٩٩, 17, Gloss. Fragm. et Dozy. — الغَوَالّ, *fruges*, M ١٣٣, 9, ١٧٤, 2, ٣١٩ *c*. — مُسْتَغَلّ, pl. ات, generali sensu *id unde quis reditum accipit* (Gloss. Fragm.), M ٧٤, 6 ومستغلّاتهم الدور, hinc *praedium*, *aedes*, *taberna*, *forum*, *mola* (Gloss. Fragm.), I ١٥٧, 1, ١٥٨, 11, H ١٤٩, 12, ٢١٩, 6, ٢١٧, 15, Arîb, Ms. Goth. f. 26 r. ورُفع اليه ان الحوانيت والمستغلّات التى بناها المكتفى فى رحبة باب الطاق اضرّت بالضعفاء, f. 164 r. فامر بارتجاع ما كان اقطعه الناس من الاموال والضياع والمستغلّات. — *Reditus*, H ٣, ٢٠, 21, Jakûbî, ٣٨, 10, Jacût, III, ٨٢٨, 22, Gloss. Belâdh. et Dozy. Quoque de productis agriculturae, Jacût, I, ٢٠١, 12 السُّكّر (var. l. مستغلّهم) واكثر مستغلّتهم, III, ٨٢٥, 12 قلّ ان يكون بها مزارع للمستغلّات. Vocabulista apud Dozy hoc sensu habet مستغِلّ, vereor an recte, nam sive derivetur a استغلّ فلان الضياعَ (quod quoque de administratore s. de redemptore dicitur e. g. Abû No'aim, Hist. Ispah., Ms. 568, f. 114 r. كان اليه استغلال وقوف الجامع, coll. f. 192 v. paen. متقبّل غلّة الجامع), sive a الارض تستغلّ كذا وكذا دينارًا, *terrae reditus est tot denarii*, Jacût, II, ٢٣٨, 14, semper nomen patiens est. Nomen agens مُسْتَغِلّ sive administratorem agri (cf. Lane sub مُغِلّ), sive agrum (ut مُغِلّة) significare posset, exempla vero non habeo.

غلب. غَلَبَة spec. dicitur de *praeponderantia sectae* e. g. الغلبة ببغداد للحنابلة والشيعة, M ١٢٦, 5. Quod I ٩١ paen. construitur cum على, vitio-

sum esse videtur, L habet quoque نهم ut H ١٧٤, 6. Notandus est locus M ٣٢٣, 6 للمعتزلة بنيسابور ظهور بلا غلبة »Motazilitae in Naisabûro sunt, sed praeponderantiam non habent''. B ibi legit غلابة, cuius formae alium exemplum non habeo. Interdum difficile est statuere utrum nomen abstractum, an plur. vocis غالب est, e. g. M ٤١, 11 cf. ann. *l.* Huius pluralis exemplum habes ٣٢٣, 7.

غلق VII, *obscurus fuit* sermo, Catal. L. B. III, 91, 4 a f., IV, 141, 1 (ut quoque تغلّق III, 68, 11, coll. V, 236), spec. de dialecto barbaro, M ٢٤٣, 6 لغتهم عربيّة غير انها منغلقة, ٢٥٩, 15 منها دريّة ومنها منغلقة, ٣٣٥, 9, ٣٦٨, 11, ٤٧١, 11. De indole hominis *pectus tectum* (Verschlossenheit), ut videtur, M ٢٨٥, 1, ubi tamen quoque conveniret *obstinatio*, quam significationem ex L habet Dozy. — X c. على, *viam praeclusit* استغلق بعضُ الانهار على بعض, H ١٦٢, 5, coll. I ٨٢, 2. — مُغْلَّق est fort. collective *opus fabri claustrarii*, M ٩٨, 13.

غلا. غالٍ dicitur quoque de tributo, M ٢٩١, 20, opp. رخيص ib. 16. — *Zelotus* (vid. Lane), ut in شراة غالية M ٩٤, 4, شيعة غالية M ٣٩٥, 6, كرّاميّ غالٍ Jacût, I, ٩٢٠, 21, الرافضية الغلاة ib. ٨٠٤, 21. Absolute الغُلاة s. الغالية plerumque significat Schî'itas zelotas, Freytag, Mas'ûdî, III, 265, Jacût, I, ١٢٠, 18, sed quoque ii qui Moâwiam eximie venerantur, M ١٢٦, 14. In *Mafâtîh al-Olûm* f. 10 v. seq. novem species الشيعة الغالية enumerantur, inter quas Ismaïlitae.

غمّ. غامٌّ, *obscurus*, *aëre et luce carens*, itaque *aestuosus* de templo, de platea, de xenodochio, M ١٢١, 12, ١٥٧, 7, ٢٨١, 8. — مُغْتَمٌّ est syn. vocis مغتصّ, *refertus*, ut notio suffocandi verbis غمّ et غصّ communis est, et dicitur الجامع مغتمّ بحَلَق الفقهاء, M ٢٠٥ *e*, eodem sensu quo مغتصّ quod e C recepi.

غمر. غَمْرٌ, *palus*, I ٢٣٢, 6 (vers. Pers. مغاكى), H ٢٩٢, 4.

غنّ. أغَنّ (compar.). In loco M ٤٢٥, 12 ولا ترى النسـاء فى بلـد اغنّ

منبّن بها revera epitheton adhiberi videtur, ut dixit Fleischer (vid. Gloss. Moslim), »als Aeusserung der Coquetterie, des دلال".

غنم. غَنَمَة, n. un. a غَنَم, *ovis*, M ١٣٣, 19. Dozy.

غنى. أَغْنَى compar., *ditior*, I ٣٤, 12, H ٤٠, 2.

غوث. مَغُوثَة saepe est *locus unde suppetiae veniunt*, H ٦٧, 8, ١١٨, 10, ١١٩, 4, M ٩٢, 10, ١٩٩ *f*, ٣١٣ *d*, ٣١٩ *c*, ٤١١, 4, ٤٦٣, 5, Jacût, III, ٩٢٧, 14. Etiam *suppetiae* ipsae, H ١٤٩ *b*, M ٤٩٣, 12.

غور II, aquam *in terram descendere*, *terrâ absorberi fecit*, H ١٤٢, 3, Gloss. Fragm. — IV, c. acc. *rapuit*, *raptavit*, M ٣١٣ *d* أُغير لرئيسها الى الحسن الفقيه عشرة آلاف من الغنم والانعام فلم يكترث لذلك.

غوص I est synon. verbi غيض I sensu *absumitur arenis*, *perditur*, *defluit* flumen, Gloss. Edrîsî apud Dozy, M ٢٢ *c*, Jacût, I, ١٥, 13, IV, ٧٠١, 20.

غوغ. غَاغَة, *tumultus* (ut غوغاء), M ١٩٨, 1 et ann. *a*, Bocthor apud Dozy.

غيب II النحاس فى الحديد, *aes ferro induxit*, *aere texit ferrum*, M ٣٦٣, 12, cf. 15.

غير II. تغيير الالوان, *pallor*, I ١٣٧, 8, H ٢٠٤ ult. — غَيْر seq. Genit. saepissime significat *plures* e. g. H ٣٦٤, 3 غيرُ رئيس, quem locum Hamaker et Uylenbroek non intellexerunt, quippe jubentes scribere غَيْرَهُ رئيس (vid. Annot. p. 106). Alterum exemplum est ٣١٣, 10 »et vidi ibi plura crystalla impuri coloris". Exemplum apud Mobarrad est ٥٨٠, 16, apud Jacût I, ٢٦٥, 4. — غَيْرَ ان, *sed*, I ٩, 2, ١١, 4, H ١٣, 5 cet. Gloss. Edrîsî.

غيض I de flumine saepe est synon. verbi فيض I, *se iecit*, *influxit*, *fluxit*, I ٣٠٨, 3 et 10, H ٣٥٨. 1 et 2, M ٢٢ *o*, ٢٣ *d*, ٢٩١, 3. Hinc مَغِيض est *locus ubi aqua cadit in flumen*, *confluentia*, I ٣٠٨, 2, H ٣٥٧, 4, ubi فم, فو, s. فوهة est locus ubi canalis se a flumine separat, مغيض locus ubi iungitur cum canali maiori. — غَيْضَة habet quoque plur. غَيْض, H ٣٢٨, 12.

غيط. غِيطَان, pl. a غَيْط s. غائط, *hortus*, *arboretum*, M ٢١٦, 2. Dozy.

غيل. غائلة, *latitudo* fluminis, I ۱۸۹ *e* وليس لسائر الانهار من الغائلة والكبر ما يذكر فى عداد هذه. Cf. apud Lane غَيْل, *plump*, *full*, *fat*, *big*, غيّل, *wide* or *ample*, et اغيل, *full*, *big* or *large*. — الغَيْلانيّة, secta Schî'itarum secundum H ۱۰٦, 13, sed revera Mordjitis est annumeranda (*Mafâtîh al-Olûm* f. 10 r., Schahrastânî ۱۰٥).

فأر. دواء الفار v. sub دوى.

فاوسان, species dactylorum in provincia Basrae, M ۱۳. *p*.

فأس = معول, M ۳۱, 12.

فتح V non tantum dicitur de calyce floris quae dehiscitur, ut habet Lane, sed quoque de grano quod *finditur*, s. de bacca quae *valvulis eximitur*, M ۲٥۲, 10 (ubi quoque VII legi posset), ۲٥۴ *i*, 7 a f. — مِفْتَح, *cataracta*, M ۳۳۱, 16, 18 et 19. Recte Dozy ex *Mohît: vanne.* Quod Lane habet *a conduit of water* frustra in TA quaesivi; videtur ortum ex errore.

فتق V, *pandi* de ingenio, H ۳۸۴, 3, ubi auctor verba تفتقت الخواطر consulto elegit, ante oculos habens dictionem تفتقت الخواصر i. e. اتّسعت (*Asâs*).

فتل VII c. الى loci, *se convertit ad*, M ۴٥, 14, ۲٥٥, 9; *devertit*, Jacût, I, ۴۰۰, 9. — *Circuitu ivit*, M ٦۳, 13. — حَجَرُ الفَتِيلَة, *amiantus*, *asbestes*, vid. M ۳۰۳, 17 seq.

فث. فَثّ. De praeparatione panis e granis huius plantae M ۲٥۲, 9 seq., ۲٥۴ *i*. Nicephorus hinc Arabes campestres appellavit اهل الفثّ واليربوع, M ۲٥۴ *i*.

فحص. فَحْص, *planities*, H ٦۲, 2, ٦۷, 1; فَحْص المدينة, *campus urbis* (Dozy, *banlieue*), H ٦۱, 2. In Hispania est *regio* (= اقليم s. ناحية, Dozy: *canton*), Jacût, III, ۳۲٦, 18, ۸٥۲, 11 seqq., ubi Hispanus vocabulum sic explicat: كلّ موضع يُسْكَنُ سيلاً كان او جبلاً بشرط ان يُزْرَع.

فحل. فَحْل appellatur species dactylorum in provincia Basrae, M ۱۳. *p*. Vid. quoque d'Escayrac apud Dozy.

فدغ V et VII (Dozy), *contundi* de capite, M ۴۸۹ *f* cf. *b*. Ad significationem verbi انفدغ quam habet Lane, conferri potest انكسر.

فرج. فَرِج, *amplus*, *spatiosus*, de foro, domo, platea, M ۱۴۰, 1, ۳۱۴, 15, ۴۹۴, 4. Bocthor apud Dozy: *aéré*. Comp. افرج M ۱۹۹, 10 بنيانهم افرج من بنيان مصر.

فرخ. فَرْخ, *porta parva a latere portae magnae*, M ۱۵۸, 9 seq., coll. Baedeker p. 505. Idem significat فرخة (Vocabulista apud Dozy). — Pl. افراخ, *arcus*, *fornix parvus*, M ۱۵۷, 11 et 17 = فرخة (*arche*, *arceau*, Gloss. Edrîsî). Sprenger apud Dozy, *arc ogive*. — الفَرْخ est transscriptio vocis Graecae ὁ ἔπαρχος, H ۱۳۰, 12, cf. ann. *i*.

فرد V et VII c. ب r., *solus possedit* (Gl. Fragm.), quoque de loco qui aliquid producit quod alibi non invenitur, I ۱۵۴, 11 et *g*. — *Sola re se occupavit*, de studiis, H ۲۳۹, 9, Jacût, II, ۲۴۱, 15, et quoque universe, ut Latinum *se continuit re*, *se occupavit re*, Jacût, II, ۵۲۲, 22 وكان قد انفرد بكثير من الكُتُب. — Memorabile est quod انفرد به construitur tanquam verbum كان cum perfecto apud Abu Ishâk Schîrâzî, ۲۳۸, 7 لو انفرد به كلٌّ واحد منهما لَحِقَه, *quando uterque infantem pro se suscipit*. — فَرْد est (ut فَرْدَة apud Dozy) idem quod عِدْل, nempe proprie *dimidia pars sarcinae* فرد الزاملة, M ۱۰۴, 11. Hinc universe *saccus*, *Alif Laila*, ed. Macn. II, ۲۹, 5 a f. ۲۷, 1, 3 seq. Pl. افراد, Nowairi Ms. 597 ثم تنقل (قطع قصب السكر) من بيت الثوب الى الحجر فى افراد تسمى العبارات متساوية المقادير. — فارد de ense dicitur eodem sensu quo فَرْد, فَرِد cet. (Lane), H ۱۴۰, 14. Epitomator ei substituit صقيل et librarius vocem corrupit in فارة. — مُفْرِدَة, collect. *viatores sine impedimentis*, opp. قافلة s. جمال مُحَمَّلة, H ۴۲, 14 et 18, ۹۹, 8, ۲۸۸, 12 (vocales ibi in P adduntur).

فرس. فارس. فارِسُ هذه الاسباب, *qui ipse subiit haec omnia*, M ۴۵ *i*, ubi lectioni Codicis فارسى haec substituenda videtur. In textu est مَنْ قاسَى. Hinc orta est significatio *peritus*, Lane ex TA, et *gnarus* c. ب, Jacût,

III, ٨٣٦, 12, compar. افرس, Jacût, III, ۴٨٧, 16 وكان فى النثر افرس اهل زمانه. — القصب الفارسىّ v. sub قصب.

فَرْسَخٌ definitur ab M = $^1/_{25}$ gradus, ٥٨, 20, 3 milliaria, ٦٦, 1, 12,600 ulnae, ٦٥ (sive 3 × 4000, ٥٩, 9); $8^2/_3$ parasangae faciunt مرحلة, ٦٥ *a;* unus بريد est in Irâko 4 paras., in Syria et Khorâsân 2, ٦٦, 2. In India parasanga est 8 milliaria, Mas'ûdî I, 74.

فرش VIII, *se extendit*, I ٨٣, 10. — فَرْشٌ, *stratura* et *id quo sternitur via*, I ٥١, 6, ٢٦٥, 14, ٣١٢, 4, H ٩١, 12, ٣١٧, 19. — فِرَاشٌ. Non tantum dicitur الولد للفراش, M ۲۴٣, 1, Lane, sed quoque جعل لهم فراشًا, *dixit eos (eunuchos) liberos legitimos habere posse*, M ۲۴۲, 14. — افروشة vid. sub ا. — مُفْتَرِشٌ, *dispersus*, I ۲۴, 1, ۲٥, 14, ٣٦, 8, ٣۴, 10, ۴۴, ٥١, 10, ٥۲ paen., ٨٦, 6, ١٧٦, 5, ۲٠۴, 8, speciatim de domibus non continuis, opp. متّصل s. مشتبك, I ۴٩, 9, ٨۲, 15, ١۲٧ 8, ۲۲٠, 5, ۲٥۴, 11. — *Stratus* (= مفروش), I ٣١٩, 2. — مُفْتَرِشَةٌ substant., idem quod اكمة مفترشة »a flat-topped hill", I ١۴٩, 5. — مَفْرُوشٌ, *dispersus*, H ١٠۴, 20. رخام مفروش, *marmor straturae propria*, I ٦٠, 10, H ١١٥, 12.

شرع II الشريعة, *disposuit*, *ordinavit legem*, M ١۲٨, 3. — V, *derivari*, quoque de monte, H ۲۴٩, 5; c. الى, I ۲٠٨, 6, H ۲٧٠, 6.

فرغ I c. الى, *se effudit* flumen, I ١٨٠, 8, ubi duo Codd. فرّغ (cf. Dozy: *se dégorger*, *descendre*), ۲٠٨ *l*, ubi pro ويتفرع A وتفرغ, L يفرغ, H ۲٣٥, 1 et 3. — فَرَاغَةٌ (n. unit. a فراغ), *otium*, M ۴٧, 3. — مُسْتَفْرَغٌ, *effluvium*, pro n. a., I ١٣, 10, H ١٧, 14.

فرق V dicitur de urbe *cuius domus non continuae sunt*, opp. اجتمع, I ١٩٦, 7, H ٣٦۲, 1. — De pluribus c. على r., *consentire de re*, M ١١٧ ult. — فَرْقٌ. Mensura Bagdadensis huius nominis continebat 36 رطل, M ١۲٩ *d*, ١۴٦, 2; cf. Lane 2385, 1, ult. seq. In optimo codice *Mafâtîh al-Olûm* f. 5 v. legimus الفَرَق ثلثة اصوع. Cf. Agh. XIV, ۲٥, 6 a f. Plur. quoque est أَفْرَاقٌ, Belâdhorî ٥٨, 1. — الفَرِيقَان sunt *Hanafitae et Schâfi'itae*, M ٣١٦, 2, ٣۲٣, 10, ٣٥٦, 13, ٣٦٥ *g*, ٣٩٦, 7. — فرائق v. sub فرقع. — فَارِقِين,

fossa quae cingit murum urbis (Gloss. Belâdh.), I ٣٠٩, 8, H ٣٥٨, 13, Girgas et Rosen, ٢٠٨, 3, Jacût, II, ٨٩٥, 16, IV, ٤٣١, 7.

فرقع. In solemnibus Meccanis utebantur *flagello*, quod Ibn Djobair et Ibn Batûta فرقعة appellant (vid. Dozy). Pluralis occurrit apud M sub forma الفرقعيّات, ١٠٠, 18, et الفراقيع, ١٠١ *b*. Singularis in *Hazz al-Kohûf*, ٧١ est فرقيعة. Apud M ٣٢٨ *e*, l. ult., exstat forma plur. فرائق, quae certo ad hunc singularem est referenda, nam in textu ٣٢٧, 12 pro ea legitur مقارع.

فرك. فرْك. اللّوز. فرْك, M ١٤٠, 5 = اللوز الفرك, *amygdalum cuius cutis est tenuis* (Dozy) s. = اللوز الفريك, *amygdalum recens* (Dozy). — مُفَرِّك, *balneator*, M ٣١, 3. Cf. apud Berggren sub *bain:* كيس التفريك.

فرن. فُرْن habet quoque pl. أَفْرِنَة, M ١٨٣, 16.

فسح. فُسُح habet fem. فسحة, quod pro فسيحة cum plurali fracto occurrit M ٨٤ *t*, ٢٧٩ *b*, ٣١٤ *o*, ٤٩٤, 4.

فسد. فاسدٌ, *impudicus*, مدينة فاسدة النسوان, M ٤٩٣, 10. — De حسن فاسد vid. sub حسن. — Subst., pl. فُسَّاد, *latro*, I ٢٢٨, 2, H ٢٨٨, 4.

فسفس. Praeter formam فسيفساء (*mosaïques*. Iungitur cum adiect. in plur. الفسيفساء الكبار, M ١٦٩, 5) quoque occurrunt فسيفس, M ١٧٠ *m*, ١٩١, 2, ٣٠٤, 4, فسيفسة, Eutychius apud Quatremère, *Mamloucs*, II, 1, 272, Ibno 's-Schihna f. 21 v., فسافساء s. فسافسا, M ٨٠, 16, ٨١, 7, ١٤١, 17, ١٥٧, 13 et *t*, ١٥٨, 8 et *e*, ١٧٠, *g*, Tabarî in capite de vita al-Mahdîi sec. Cod. Constantin. (Cod. Alg. فسفسا, فسافس), M ٧٣ *e*, فصفص, Edrîsî in descriptione Damasci, et فشافشاء (a sing. فشفشة), M ١٥٨ *e*. Hinc formatur n. patiens مفسفس, *tessellatum*, eodem sensu quo مفصّص, M ١٧٥, 5. De hoc opere tessellato vid. praeter M ١٥٨ *e* et Quatremère l. l., Mas'ûdî, II, 199 et ann., Sprenger in *Zeitschr. d. d. m. G.*, XV, 409 seqq., Samhûdî, ١١٠ الفسيفساء الفصوص الخضر المذهبة.

فسق. فِسْق spec. est *impudicitia*, *scortatio*, M ٤٢٧, 3, ut فاسق, pl. فَسَقَة et فُسَّاق, *impudicus*, *impudicitiae deditus*, ٤٢٩, 9 et 14, comp. افسق, M ٣٤, 11. Cf. Dozy.

فشو I. اسباب التملّك الفاشية فى اكثرهم, *varii modi opulentiae acquirendae qui maiori eorum parti communes sunt*, H ٧٣, 20, الاكسية فاشية فى جميع الارض, *haec vestimenta per totum orbem distrahuntur*, H ٢٧١, 14.

فصل II, *speciatim, separatim tractavit, memoravit*, I ٢ ult., ٣, 12, ٧, 3, ١٢, 8, ١٠٠, 7 et 11, ٢٩٦, 4, H ٤, 14, ٦, 16 cet., Makrîzî, I, ١٠٤, 6, Thaâlibî, *Latâif*, ٨٢, 11; c. عن, *elucidavit, diremit*, M ١٧ *f*. — VII c. عن r., *absolvit*, e. g. قد انفصلنا عن هذا فى بعض الجوابات, de hac re iam responsis praecedentibus absolvimus, M ١٩, 1. Vid. quoque locum Makkarîi apud Dozy. — مفصّل, *cinctus muro qui* فصيل *vocatur*, M ١٤. *g*, ubi in textu بفصيل.

فضل. فَضْلة, *favor, gratia.* Dicitur هو فى فضل فلان, M ٣١٤, 2 »favore principis fruuntur", Bocthor apud Dozy. — *Additamentum*, M ٣, 16. — فاضل cf. sub جليل. — الفَضْلِيُّون (s. الفضيليون) appellantur Sonnitae in Ahwâzo, M ٤١٧, 3.

فضى IV spec. dicitur de fluvio aut canali, *profluit*, absol., H ٣٦٤, 12, c. الى, I ٥٩ ult., ٨٦, 3, ٣٠٦, 5, ٣٠٨, 11, ٣٠٩, 2, H ٢٧٦, 17. De porta urbis *ducit ad* I ٣٠٧, 2, Jacût, I, ١٦٢, 10, Edrîsî, ٣١١, 3, vid.*Gloss.

فطن V c. فى r., *examinavit, meditavit, perpendit*, M ٢, 14 et 17.

فظع X, *abhorruit, indecorum censuit*, I ١٥١, 12. Dozy.

فعل. فاعلة, *operarius* = روزكارى, M ٣١, 8. Khafâdjî ١٧١, Dozy. Scribit mihi Nöldeke hanc vocem mutuatam esse e lingua Aramaïca, ubi non tantum hoc sensu ܦܥܠܐ usitatum est, sed quoque verbum denomin. ܦܥܠ »operarius fuit".

فقم I, *replevit se cibo ultra satietatem*, M ١٦١ *e*, ubi in textu قمقم (q. v.) cum explicatione l. 7 لوك. Proprie hanc significationem habent lexica in dictione اكل (شرب) حتى فقم. — *Per dentes maxillae inferioris locutus est* s. fort. *maxillam motitavit in loquendo*, M ٣٣٤, 15, denom. a فُقْم, ut a قُمْقُم *guttur* derivatur verbum قَمْقَمَ, *ex imo gutture protulit sonum in loquendo*, Nowairî Ms. 273, p. 127 القمقمة ان يتكلم من اقصى حلقه. (Cf. علك apud Dozy).

فلج X, *prosperavit*, *crevit*, H ١٩, 12 de reditu. Saepissime dicitur استفحل امره s. ملكه s. simpl. استفحل فلان, Dozy, Abbad., II, 6 ult., 15, 4 a f., 24, 8 a f., 207, 4, 211, 214, 218; *Asâs* = تفاقم.

فلفل. الرطل الفُلْفُلِيُّ est proprie pondus quo piper aliaque aromata ponderabantur, M ٢٣٠, 2, deinde in Maghrib ponderi Bagdadensi est substitutum. Habebat 15 uncias Bagdadenses, H ٢١٥, 13, s. 10 drachmis pondere inferior erat Bagdadensi, M l. l. Vid. porro Dozy.

فم. Pluralis أَفْمَام semel occurrit in Cod. B, M ١٢٥ *b*, semel in Cod. C, ٣٩٣ *f* pro افواه. In annotatione marginali B usus huius formae vocatur turpe vitium. Vid. quae de ea disseruit Fleischer, *Beiträge zur arabischen Sprachkunde* ad de Sacy I, 277 in *Berichte der Kön. Sächs. Ges. der Wissensch.* 1866, p. 312 seqq.

فندق. فُنْدُقِيّ. Inter producta Bokhârae memorantur ثياب الفرش الفندقية, probabiliter *tapetes grossiores pandocheis destinati*, M ٣٢٣, 16.

فنق. فَنِيقَة, mensura aridorum in Hispania, dimidium kafîzi continens, M ٢٣٠, 5; Dozy: *boisseau*.

فهم. فُهَمَاء, pl. a فهيم, *homo intelligens*, *ingeniosus*, H ٣١٣, 3.

فوت. فَوْت apud H ٣٨, 20 est *mors*. Vid. Lane sub فوت I ex *Asâs* et Dozy sub فوت.

فوض VI, de plur. *consenserunt*, H ٢٤٣, 13.

فوق. أَهْل فَوْق ab Iracanis appellantur Persae, Syri contra, ut Aegyptii et occidentis incolae اهل أَسْفَل, M ١٩, 7, ٣٦, 12.

فوم. فَامِيّ, *eduliorum venditor*, M ٣١, 1, Tabarî sub anno 145, Cod. Berol. f. 134: فوقعت عينه (المنصور) على ابراهيم وخنس ابراهيم فذهب في الناس فأتى فاميًّا فلجأ اليه فاصعده غرفة له.

فوه II, *hiavit*, *apertus fuit*, M ٨٣, 3, ubi male edidi مفوه pro مفوّه. Cf. Dozy: *bâiller*, (*s'entr'ouvrir*).

فَيْرُوزَج. Hic lapis pretiosus (*turquoise*) provenit e montibus Naisâbûrî, M ٣٢٦, 6, Thaâlibî, *Latâif*, ١١٥, et e montibus Asparae in Transoxania,

H ٣٩٧ *d*, Jacût, I, ٢٣٨, 17. Formatur hinc adiectivum فيروزجيّ, M ١٥٨, 1.

فيض I, de fluvio c. الى البحر s. فى, *se iecit in mare, effluit in mare*, I ٥٢, 11, H ١٠٢, 14, M ١٨, 2 et 7, ٤١٢, 6, ٤١٩, 8, ٤٧٩, 12, absolute idem, M ٢٠, 8 نهر يفيض بالاسكندرية. — قَيْض. In loco M e Cod. C, ٤٥٠ *b* (٤٥١ ann. l. 3) legitur وقد فرش ذلك الازج بفمص (sic) العباداني. Fort. l. بفيض et vertendum: *abundantia storearum Abbâdânensium.* — اسْتِفَاضَة. على استفاضة الناس, *secundum existimationem generalem*, H ١٨٠, 6.

قاقُون, *mustela alba* = قاقُم et قاقُوم (Bocthor apud Dozy), M ٣٢٥, 1.

قانون v. sub قن.

قبّ. قَبّ appellatur mensura aridorum Hierosolymis, quae est pars quarta modii (مدى q. v.), M ١٨١, 16, ١٨٨, 8. In opere *Mafâtîh al-Olûm* f. 22 r., inter mensuras Iracanas numeratur his verbis القبّ اربعة مكاكيك. TA القبى بالفتح الى القب وهو كيل للغلات et sic *Lobb al-lobâb* مكيال للغلات. Est Hebr. קַב, Aram. קַבָּא, Graec. κάβος. — قُبَّة, pl. قِبَاب, est *domuncula fornicata* ad puteum in deserto protectioni viatoris inserviens (M ٤٩٥, 10), I ٢٣٢, 9 seqq., ٢٣٣ ult., coll. ٢٣٧, 3, M ٤٨٧, 5, ٤٨٨, 6, ٤٩٤, 5 seq. (٤٩٣ *s*, ٤٩٤ ann. l. 8 singul.), Jacût, II, ٩٨, 17. — بنيانهم قباب, *aedificia eorum sunt fornicata*, M ١٤٠, 2.

قبر. مَقَابِر, a sing. مقبرة, saepe significat *coemeterium*, ut M ٢٠١, 17. Vid. Dozy.

قبرص. قُبْرُصِيّ, ut vid. *colore cyprio*, M ٤١٥, 7 جبّة صوف قبرصيّة, Sufiorum vestimentum.

قبض VII c. عن, *se abstinuit a*, M ٤١٥, 10 فجعلتُ انقبض عن الاكل et 11 فجعلوا يتعجبون من انقباضى; *desiit facere*, H ٢٢, 3. Vid. Dozy. — قَبْض, pl. قُبُوض, *acceptum*, H ٢٠٧, 5. Quoque est *acceptilatio* ut Agh. XII, ١١٩, 5 a f. seq. اكتبْ لى قبضا بها. Eodem sensu occurrit قَبْضَة e. g. Tanûkhî, *Post nubila Phebus*, Ms. p. 337 واخذ السفتجة — مال فوزن

قبصى. — قُبْصَةٌ, pl. قَبَصَاتٌ, sexta pars ulnae vulgaris, septima ulnae regiae (Gloss. Fragm.), I ١٥٧, 14, H ٢١٦, 18, M ٤٥١, 5, ubi tamen Codd. omnes تسع pro سبع.

قبط. قُبَّيْطٌ (s. قُنْبَيْطٌ M ١٤٥ *n*, ١٨١ *l*) in Syria a ناطف ita distinguitur, ut hic e saccharo, ille e fructu ceratoniae siliquae (*caroube*) conficiatur, M ١٨٣ ult. Mel huius fructus (hinc الخروب المعسّل dictus, Dozy sub عسل) memoratur a Wellsted, *Arabia*, I, 320, Hehn, *Kulturpflanzen*, 394 (2[dae] edit.) et hinc paratur genus dulciariorum, Ibn Batûta, I, 128 (حلواء الخرّوب). Optima species est qui crescit apud حصن الناعمة, teste Edrîsî, vers. Jaubert, I, 355.

قبل I زيادةً على الكَرِيّ, *pretium conductionis auxit alicui*, M ٣٥٦, 3, cf. ٢١٢, 17 seq., Makrizî, I, ٨٣, 13 لا يقبل عليهم فيها زائد, ٨٤, 10 et 11 قبول الزيادات, 17 et imprimis 23. — II. تقبيل الارض. Principes Samanidae huius ceremoniae liberabant doctores, M ٣٣٩, 1. — V, *conduxit*, *redemit*, M ٤٤١ *a*, 13 (= بقبالات in textu). Certa regio ditionis Mosulensis appellabatur الضيعة المقبّلة, H ١٤٧, 1, i. e. الناحية المتقبّل عرصاتها ومشاتيها وجزائرها, H ١٤٩, 11. — قَبُولٌ, *oriens*, H ٤٢, 2 et 11. — قُبَيْلُ, *antea*, H ١٩٧, 15. — قَبَالَةٌ, *pretium redemptionis*, M ٢١٣, 12, ٤٤١, 2, Jacût, I, ٤٧٧, 13 et 15; *portorium*, H ٢٠, 2, ٩٠, 3, ٢٧٦, 5. Cf. Dozy.

قبو. قَبْوٌ, pl. أَقْبَاءٌ, *fornix* = ازج, I ١٩٧ *b*, M ١٩٩ *c*, Dozy.

قتل. قَتَّالٌ, *letifer*, *veneno necans* (Gloss. Belâdh. et Dozy), I ٧٩ *k*, Jacût, I, ٤١٢, 18. — قَتِلٌ, *perniciosus* de aqua, M ١٠١, 4. Cf. Dozy sub قتل I.

قثأ. مَقَاثِي, pl. a مقثأة, I ١٥٧, 9, H ٨٦, 1, ٢١٦, 15, Belâdh. ٢٧١, 13. Dozy.

قثر. القثرية, nomen speciei dactylorum in provincia Basrensi, M ١٣٠ *p*. Sed fort. leg. القثوية a قثاء.

قدد. مُقَدَّدٌ, vulg. pro مُقَدَّدٌ, de fructibus (cf. Dozy sub قدّ II), M ١٤٥ *l*.

قدح I c. في, *nocuit*, *detrimentum intulit*, I ٢٨٩, 11, H ٣٤٤, 1, Dozy.

قدر II in architectura est tum *descripsit*, *designavit* opus, Gloss. Fragm., Jacût, III, ٨١١, 9 (ubi مقدّر est *architectus*), IV, ٩٥٩, 2, Ibn Rosteh, Ms. Mus. Britt. f. 180 ووافى البلد جماعة من المقدّرين والمهندسين, tum *direxit* ordines domuum, I ٣١٢, 2, H ٣٦١, 4, lapides ad perpendiculum, M ٤٤., 6. — V له ذلك est idem quod له ذلك تَهيّأ, *potuit hoc facere*, M ٣, 13, *Asâs*. — قدْر. قدور القناديل prob. *candelabra*, M ١٨., 14 seq. — القَدَرِيّة memorantur M ٣٧, 11, ٣٨, 9, ١٣٩, 13, ٣٢٣, 16. — مَقَادِير, *ambitus* urbis (a sing. مقْدار), H ٢٧١, 18.

قدس. قادُوس explicatur M ٢.٨, 8 per كوز الدولاب i. e. ut habet Dozy »*auget*, *godet*, petits vases attachés aux roues hydrauliques".

قدم V c. من, *distitit*, H ١٤., 7, ubi I et P. بَعُدَ. — قَدَمْ, *pes* (mensura) est quoque mascul. (ut ذراع), M ٩., 3 cet. cf. Dozy. — قَديمْ. Adverb. قديماً, *prius*, M ٤٥, 15, Makrîzî, I, ٤٩, 9 قد مرّ في قديماً, *supra memorari*. — قُدّام adv., *a parte antica*, M ١٧٢, 9, من قُدّام id. M ٤٣٤, 13. — في المقدم, *antea*, M ٢٩٩, 6.

قرّ I, *effundi*, *effluvium habere* de fluvio, M ٢٢, 10 et *q*, ١١٣, 15 (ubi leg. يقرّ به), de tubis aquaeductus, M ١٤., 6. — قرّ ذلك في قلبه, *satisfecit ei res*, *conquiescere potuit in re*, M ٣, 15. Eodem sensu usitatum est استقرّ e. g. Kosegarten, *Chrest.* 4, 7 a f. — II, *constituit*, *fixit tributum quotannis ferendum*, Jacût, I, ٤٢٢, 13, c. acc. tributi, على p., H ١٤٢, 16, 18, ١٤٣, 4, c. ب tributi (Codd. his locis perspicue تقرير, non تقدير, ut ١٤٢, 8 et 12). Cf. Dozy sub تقرير: *tarif*, *taxe* et sub مقرّر. *Mafâtîh al-Olûm* f. 20 r. التقرير فعل متعدّ من الاقرار يقال قرّر العامل القومَ بالبقايا فاقرّوا بها ثم يَسقُط ذكر القوم فيقال قرّر العامل بالبقايا. — قَرَارٌ est proprie *pars depressior terrae*, *quorsum aquae confluunt*, *ubique restagnant* (=مستقرّ), vid. lexica Arabica et Jacût, IV, ٤٩, 10, ٢٢٢, 5 (=مناقع المياه). Hinc mare s. lacus quae accipit aquam fluvii, appellatur قرار fluvii, M ٣٢٩,

13. — مَقَرّ, *locus ubi fluvius se effundit in mare*, M ٢٣ *e*, ٣٣٢, 8. — مُسْتَقَرّ id., M ٢٩٩ *f*, ٣١٩ *n*, ٣٣٢ *g*. — *Locus ubi residet princeps* (résidence), saepe e. g. M ٨٤, 11, ٩٤, 1, ٢٨١, 6, ٢٩٠, 15, ٣٠٩, 4.

قرأ. مَقْرَأ, *lectio Korani*, *legendi modus*, M ٣٩, 17, ١١٣, 9, ١٤٣, 14.

قرب III c. acc., *bellum gessit cum*, M ٢١, 18, ubi Jacût et Mas'ûdî, I, 268 ult. syn. عادى. Est ex Aram. קְרָב *bellum*. — VI, *arctus fuit*, H ٧, 1, Jacût, II, ٢٤, 8. — قَرِيبٌ. Dicitur de aqua هو قريب القعر, I ٨١ ult. seq. (cf. H ١٩٢, 4), Jacût, I, ٣٦٣, 9, ٩٧٩, 3, sensu *profundus non est*. — قريب est *facilis* (Dozy), hinc fluvius, puteus cet. dicitur esse قريب المُسْتَقَى, *ex quo haurire facile est*, *non profundus*, *sed aqua plenus* (opp. بعيد q. v.), M ٧٨, 6, ٤٢٩, 20, et eodem sensu قريب sine complemento, M ٩٣, 12, ١٢٣, 9, ٢٩٢, 2, ٣١٩, 6, Jacût, I, ٩٩, paen. وآبار قريبة نحو الذراعين يتناول ماؤها باليد, Edrîsî, ٩٨ paen., Ibn Bat. II, 324, et cf. IV, 118, 10. — قريب الامر s. قريب الحال significat *prospera conditione gaudens*, de portu H ٥٤, 2, de foro ٥٤, 12, de urbe ٩٩, 20, ٩٧, 17, de praediis ١٤٨, 13, et eodem sensu قريب sine complemento, de hortis H ٥١, 13, ut syn. دان apud Edrîsî, ١٩٣, 8. — *Brevis*, *parvus* de distantia, I ٢٤٠, 3, H ٢٩٧, 13, ٣٤٩, 11. — كان ذلك عن قريب عهد من, *hoc erat brevi tempore ante*, H ١٢٣, 3; هو قريب عهد بالمكان, *nuper ibi fuerat*, H ٢٨٢, 11; هم قريبو العهد بالمقام به, *brevi est ex quo domicilium ibi collocaverunt*, I ٢١٩, 6, H ٢٧٧, 17. Cf. porro Gloss. Belâdh. et Lane sub عهد. Pro قريب quoque حديث dicitur e. g. Ibno 'l-Athîr, IV, ٣٩٩, 8 حديث عهد بعرس, *qui nuper uxorem duxerat*.

قرش. قِرْش, *pistris* (Dozy: *requin*), M ١٠١ *m*. — القُرَشِىّ appellabatur species dactylorum in provincia Basrae, M ١٣٠ *p* et Abu 'l-Kâsim l. l. sub ابراهيمى.

قرص. قُرُوص plur., moneta parva in Yemen usitata, M ٩٩, 13, ٤٨٢, 5.

قرط. قِيرَاط, in Syria pondus $3^{1}/_{2}$ granorum, M ١٨٢, 4 seq.; erat in regno Fatimidarum nomen dimidiae drachmae, M ٢٤٠, 12; in Irâko erat

moneta argentea, M ١٢١, 9, Wright, *Readingbook*, 72, 2, Jacût, I, ٦٨٣, 4; cf. Vocab. apud Dozy. — القريطى appellatur species dactylorum in provincia Basrensi, M ١٣٠ *p*, sed fortasse leg. القُرَيْظِىّ.

قرطس. قِرْطَاسِىّ non tantum de equis dicitur, sed quoque de falconibus, H ٣٣٧, 14. Fortasse autem ibi cum P delenda est copula, ut legatur الشهب القرطاسيّة i. e. *subalbi*, ut quoque Aghânî, VII, ٣٢, 3 a f. برذون اشهب قرطاسىّ. Cf. infra sub قمر. Khafâdjî ١٧ habet non omnino perspicue: اشهب بمعنى ابيض خطأ قال الصقلى يقولون للفرس الابيض اشهب وليس كذلك انما هو (يقال له .i. e) ابيض وقرطاسىّ فاما الشهبة فهى سواد وبياض.

قُرْطُق, pl. قَرَاطِق, est vestimentum Indorum, Khazarorum cet. I ١٧٣, 14, ١٧٧, 8, ٢٢٤, 1, ٢٢٦, 8 seq. (القراطق et التامة القصار), ٣٠٥, .1, H ٢٢٨, 17, ٢٣٢, 13, ٢٨٣, 13, ٢٨٦, 8, Djawâlîkî, ١٢١, Jacût, I, ٤٦٦, 2, II, ٨٣٨, 1 et cf. Frähn, Ibn Foszlan, 74. Vers. Pers. plerumque habet جامه كوتاه.

قرع. قَرْع, plur. a قَرْعَة, *cucurbita*, H ٥٢, 11.

قرقب. القُرْقُبِىّ, pannus in urbe Korbûb textus, I ١٥٣ ult., H ٢١٤, 8. Freytag omisit notare multos viros doctos in traditione conversionis Omaris فاقبل شيخ عليه حِبَرة وثوب قُرْقُبِىّ praeferre lectionem بقافين, ut sit adiect. relat. a قرقوب (secund. analog. سابُرِىّ a سابور). Cf. *Fâik*, II, 262, Jacût, III, ٨٨١, 17 et imprimis TA sub قرقب. Eadem permutatio litterarum est in الدنانير القُوقِيَّة pro الفوقية, quae nempe de imperatore Phoca nomen habent. Cf. Fleischer ad Makkarî apud Dozy, Sachau ad Djawâlîkî, 57.

قرم. مِقْرَمَة habet plur. مَقَارِم, H ٢٤٦, 17.

قِرْمِز ex Armenia provenit I ١٨٨, 5, ١٩٠ *l*, H ٢٤٤ ult., M ٣٧٣, 13, ٣٨٠, 8, ideoque صبغ ارمنىّ appellatur, Djawâlîkî ١٢٣.

قرمط. القَرْمَطِيَّة memorantur M ٣٧, 11, ٩٦, 10, ٢٣٨, 11.

قرن. قَرْن, *coralium* (= مرجان), M ٢٣٩, 11 et 14; cf. apud Dozy

قرون البحر e *Mohît*. — قَرِينَةٌ fere eodem sensu quo دلالة *indicatio*, c. على, M ١٢٥ *b* (ubi Cod. sic perspicue, non قرينة).

لحم. لَحّام, *lanius*, M ٣٠, 15, ٢٢٥, 17, Dozy: *boucher*. — مُلْحَم, pannus de quo v. Dozy, praecipue Naisâbûri et Marwi fabricabatur, unde dicitur الملحم الخراسانى s. الملحم النيسابورى, Mowasschâ f. 121 v., 124 r., sed quoque in Syria, vid. M ١٨٠, 13, ٣٢٣, 19, ٣٢٤, 6, ubi vestes ex hoc panno vocantur الملاحم. P. ٣٢٣, 19 legimus الملاحم بالقزّ et Mowasschâ f. 121 v. memorat المُلْحَم الخزّى.

لزم VIII السؤال, *respondendam suscepit quaestionem*, M ١٧, 5, ut التزم المال est *solvendam suscepit pecuniam*, Agh. I, ١٥٧, 4 a f., *Miçbâh*. — لازم, *tributum*, H ١٣٤ ult. — لازمة. لَوازِم, eodem fere sensu quo نوائب (Gloss. Belâdh.), H ٢٣٦, 14; in Africa *portoria*, H ٤٤, 13, ٤٦, 2, ٥٤, 4, ٧٢, 3 et 7, ٧٧, 13; varia alia tributa H ١٣١, 19, ١٣٢, 8, ١٤٢, 19, ٢٥٠, 2 et 7, لوازم المراكب, H ١٦٢, 11. Vid. porro Gloss. Edrîsî.

لسن. لسان. لسان الزاوية, *extremitas anguli*, *ipse angulus*, M ٧٢, 9. — مُتَلَسِّن sive idem quod ملسّن, *in linguae modum mucronatus*, sive *multis linguis* (terrae) s. *sinubus praeditus*, M ١١, 8.

لصق VI, *contiguae fuerunt* domus, H ٨٤, 17, Abû Ishâk Schirâzî, ٣٢٣, 12.

لطف. Ut لَطَف, pl. أَلْطاف (Gloss. Fragm.), quoque لَطَفة, pl. لَطَف, significat *cupedias* (friandises) e. g. Kosegarten, Chrest. 30, 3, ubi iam Weyers correxit لَطَف et Mas'ûdî IV, 209, ubi quoque sic legendum pro لُطَف. Hinc probabiliter لَطَف habet significationem *vinum*, Ibn Dihja, *Tanbîh al-baçâir*, Cod. 581 (1) in v., ubi tamen significatio propria dicitur esse *donum Dei:* اللَّطَف بفتح اللام والطاء اسم اصطلح على وضعه والحاقه باسمائها الاعلام ' اهل الجُرأة من الفسقة على انتهاك حُرمة الاسلام ' الخ. Occurrit apud H ١٤٢, 20 عشور اللطف وفى ضرائب الخمر, ١٤٥, 15 et ١٤٦, 13, ubi subintellecto ضريبة est *vectigal vini*. — لَطائف, pl. a لطيفة, *dona* (= الطاف), H ٢٥٥, 7.

لطم VI الامواج, *colliserunt undae*, *mare commotum fuit*, I ٣١, 2, H ٣٧, 10, Dozy.

لَطَى (لطأ, لطئ) I et VI, *depressus*, *humilis fuit*, M ٧٧, 4 جبل متلاطئ

(pro quo Ibn Djobair ١٧٥, 5 جبل منتظامن), 5, ٨١, 18, ١٦٩, 15 اروقة لاطية, quas Baedeker, 177, 2 appellat *kleine Bogen.* Vid. Gloss. Fragm. Additur لطأ بالارض s. لطى dici de fero quod *se demittit* quo melius insiliat in praedam, Mas'ûdî, III, 12, 8, aut quod *demisse serpit versus praedam*, dicitur رايت الذئب لاطئا للسرقة, ut quoque de venatore (TA). Hinc quoque planta dicitur *serpere* بالارض, في الارض s. مع الارض, Ibn Baith. sub ابو قسطس, Ibn Djazla sub سورنجان.

لعب. مُتَلَعِّب, *musicus*, M ٢٠٥, 9, si recte edidi.

لُغُثيط, *logotheta*, H ١٣٠, 12, Bîrûnî ٢٨٩ ult., Ibno 'l-Athîr, VIII, ٧١.

لفّ II, *undique congregavit*, hinc ملفّفة النواحي est idem quod لَفيف, *miscella turba undique congregata*, H ٣٤٣, 13. Dozy: *rassembler.* — VIII c. ب, *circumdedit*, M ٨٤ *a*, ٩٣, 5, ٤٣٦ *n*, ٤٦٢, 11; dicitur التفّ وجه الغلام وغلام ملتفّ الوجه اذا اتّصلت لحيته, hinc simili metaphora qua dicitur بلد مكتّف (q. v.) dicitur بلد ملتفّ, *late expansa regio*, H ١٥, 10. — لَفيف i. q. ملتفّ sensu *densis arboribus et densis herbis consitus*, M ٣٦٠, 2, ٤٣٢, 10, et c. ب sensu *circumdans*, M ٣١٠, 18. — لَفَائِف, pl. a لَفَافَة, *fasciae* bonae qualitatis exportantur e Tabaristân, M ٣٦٧, 9.

لفت VIII c. acc. (omisso لِفْت), *respexit*, *conversus fuit ad*, M ٦٠, 24.

لقط. ملقوطة, navigii genus, M ٣١, 15.

لقف V, c. acc. r. من p., *didicit*, *accepit* ex ore alicuius (syn. verbi تلقّن), M ٣٢, 9, Jacût, I, ٤١٠, 8 »ab iis acceperunt, mutuati sunt Arabes vocabulum", Baidhâwî, II, ٣٨٦, 23 لعلّه يتطهّر من الآثام بما يتلقّف منك, Motarrizî et hinc *Mohît*: تلقّف من فيه كذا اذا حفظه. Verbum لَقَفَ idem significat, Agh. II, ٢٠, 6 فعلّمه الفارسيّة فلقفها وكان لبيبًا. Lexico quoque addenda est significatio *accepit* de muliere, quam تلقّف habet in hoc loco subobscuro traditionis, *Faïk*, II, 511 عن مُسْلِم الخُزاعيّ كنت عند رسول الله عمّ ومُنْشِدٌ يُنْشِدُهُ

لا تامننّ وان امسيت فى حرم حتى تُلاقِىَ ما يَمنى لك المانى

والخَيْرُ والشرُّ مقرونانِ فى قَرَنٍ بكلٍّ ذلك ياتيكَ الجَديدانِ

فقال عَمِّ لو ادرك هذا الاسلامَ فبكى أَبِى فقلتُ اتبكى لِمُشرِكٍ مات فى الجاهليّة قال انى والله ما رايتُ مُشرِكَةً تلقَّفَتْ من مُشْرِكٍ خيرًا من سُوَيد بن عامر. Zamakhscharî explicationem ad quam relegat p. 455 addere neglexit.

لقلق I, *punxit* culex, M ٣٥٩, 14, proprie *linguam exeruit.* Non vero male quoque conveniret h. l. sensus quem habet Bocthor *écornifler*, *manger aux dépens d'autrui* cum substantivo لقلوق *parasite*, *écornifleur.*

لكيشا in indice synonymorum M ٣١, 11 vertitur per كثير s. كثين. Obscurum mihi est vocabulum.

لمط. لَمْطِىٌّ. الدرق اللمطيّة s. الترّاس (H ٣٤٥, 9) clypei Lamtenses, sic appellati sive de nomine tribus Lamta, ut H ٦٦, 13 et Jakûbî docent, ut quoque Jacût, IV, ٣٦٥, 19, sive de nomine animalis *lamt*, quemadmodum docent Bekrî et Ibn Baithâr, ut quoque Jacût IV, ٢٢٩, 11 seqq. Vid. mea *Descriptio al-Magribi*, 18 et Dozy, Gloss. Esp. Arab., 195.

لمع IV. Legimus M ٣٧٥ r, 3 a f., البحيرة الملمعة, quod videtur pronuntiandum المُلْمِعَة ab أَلْمَعَ, *tremuit*, itaque *lacus trepidus.* Si المُلْمَعَة legeretur, verti posset *laevis*, *planus*, *aequus*, nam dicitur خدٌّ مُلْمَعٌ i. e. صقيل (TA ٤٩٥, 7), si مُلَمَّعَة, *versicolor.* — VIII, *versicolor fuit*, *maculatus fuit* de lignibus, M ٣٧٥ r, 7 a f.

لوح. لَوْحٌ, *tabula litteraria* (*ardoise*), M ٤٤٣, 16 et Agh. IX, ١٣٦, 3 a f. Quod ibi additur كتف probabiliter est, ut Agh. VII, ٥٠, 10 a f., *folium chartae.* De utroque vocabulo cf. Dozy. — مُلَوَّحٌ, *crustis marmoris tectus*, H ١١٢ *d*, coll. Baedeker, *Palaestina*, 175, 16.

لوط. لِوَاطَةٌ, *praepostera venus*, M ٤١, 10, *Mohît*, ut لِوَاطٌ Gloss. Fragm., Jacût, III, ٨٠٩, 13, IV, ٣٠٧, 5, Dozy. — لَوَطَةٌ, *huic vitio addicti*, M ٤٢٩, 8, pl. a لوطىٌّ = لاتّط.

لوك in lingua Hyrcaniae est *excellens* (جيّد). Dicunt لوك معلّم pro عالم جيّد, *vir praestantis doctrinae*, M ٣٦٩, 4.

لون. لَوْنٌ, *modus*, M ٢١٢, 12 وقرأتُ فى كتاب ابن الفقيه لونًا آخر وقصبةً طويلة

»Ibno 'l-Fakîh haec in suo libro aliter et multo prolixius habet". Vid. Dozy.

ليف. لِيفٌ, *fibrae* est nomen in Arabia usitatum pro مسد, M ٩٨, 10.

ليم. لَيمُو et لِيمونة, *limonium*, ab I ١٧٣, 10 et H ٢٢٨, 12 (hinc quoque M ٤٨٢, 6) tanquam fructus peregrinus Indicus describitur, M laudat limonia Basrae ٧, 1 et Arradjâni ٤٢٥, 3. In vicinia Basrae limonia coli quoque testis est *Djihân Numa*, ٤٦٣, 19, ubi laudibus extolluntur limonia شهربان i. e. نهر ابان, qui locus propre Basram iacet (Edrîsî I, 368). Jacût, III, ٤٤٣, 15 (vid. I ٢.. *f*) limonia Çaimarae et Sîrwâni memorat. Pro ليمو Cod. C ad M ٤٢٥, 3 habet نيمو, ut Cod. L ad H ٢٢٨, 12 النيمويه l. النيمونة pro الليمونة. Ad I ١٧٣, 10 L habet اللمولويه, F ليمولويه.

ما, *aliquid* (Gloss. Belâdh.) et post negationem *quidquam*, M ١٧٩, 18 ولا ما فيه لمعتزلي *non est quidquam* (auctoritatis) *in ea* (terra) *Motalizitis*, ٣٢٥, 9 ولا بقى للفريقين بها ما *neque Malikitis neque Hanafitis in ea* (urbe) *quidquam restat* (auctoritatis), ٣٤١ *d* لم يخرج ما (ut corrigo pro = يخرج ماء), ubi in textu شيء. — Notari meretur usus ما apud H ٢.٦, 20 وبصاحب فلان مّا فعلت هذا *talisne viri amicum sic tractare ausus es?* — لَمّا s. لَمْ, *quoniam*, M ١٧, 20, ٣١١ *s*, Gloss. Moslim, Dozy.

ماخالقة. Legimus apud M ١.., 5, calcem qua in Jemen utuntur nigram esse ut makhâlikam. Vocabulum probabiliter e Graeca lingua mutuatum, forte e μελχνοκολη i. e. *pix nigra* sec. Ducange 898. Similiter in lexico Persico est ماخوليا pro مالنخوليا.

مارْماهى, *anguilla*, inter pisces Tigridis enumeratur M ١٣. *p*. Vid. Dozy.

مان. مَؤُونة, pl. ات et مُؤَن, *tributum*, H ٧٣ ult., ١٥١ ann. l. 9, ٣.٧, 18, M ٣١٥, 19. Dozy.

متح I significat *se extendit*, *Fâik* II, 468 متح النهارُ والليلُ اذا امتدّ وفرسخ متّاح اى ممتدّ. Hinc de aqua *profluit*, H ٢٥, 12. In traditione Obayi (*Fâik* l. l.) occurrit quoque sensu activo *extendit* فلم ار الرجالَ مَتَحَتْ اعناقَها الى شىء مُتُوحَها اليه.

متع. مَتَاعٌ. Pl. pl. أَمْتِعَاتٌ apud M ١.٤ *r*, ٢١٣ *g*, ٤٦٣ *k*.

متن. مَتْنٌ. Dicitur على متن الطريق, *in ipsa via*, M ٧٩, 16.

مخط I مُخَاطٌ tanquam n. a. M ٢٠٥, 12.

مدّ I, *fluxit*, ut habent lexica Arabica, quae vertunt سال, c. الى loci ad quem fluit, c. على loci quem praeterfluit flumen, M ٢٢, 6, 11 et *q*, ٢٤, 1, ١١٧, 13, ١٥٢, 1, ٢١٢, 2, ٣٢٩, 15, ٣٣٠, 9, ٤١١, 13 et 15, ٤٤٩, 1. Hinc quoque c. الى, *se effudit* in flumen, mare, M ٢٨٣, 6, ٣٦٠, 16. Eandem significationem habet مدّ c. acc. (vid. Gloss. Edrîsî cet. apud Dozy), H ٥٤, 20. Hinc *affluentes* fluminis appellantur موادّها, M ٢٨٣, 7 et exemplum supra sub حلب; — *continuatus est*, *duravit*, M ٢٠٢, 11. — VIII, *exundavit* flumen = مدّ ut habent lexica Arabica, I ٤٩, 14, ٥٠, 6, ٥٢, 12, ٢٤٣, 10, ٣٢١, 2, H ٩٨, 6, ١٠٢, 15, ٣٧١, 10 seq., ٣٩٣, 3, Edrîsî, ١٥٩ *h*; — quoque *fluit* ut مدّ, c. على l., I ٣٢٠, 1; — *crevit*, *auctus est* de calore, H ٩٧, 12 cf. I ٤٩ *m*; — *iter fecit*, *continuavit* c. في regionis, I ٧, 9, ٩, 6, ٥٩, 3, H ١٤, 3, ١١٤, 6, et c. على regionis, praeter quam fit iter, I ٢٩, 8. Quoque c. الى regionis *tendit*, Aghânî, X, ٩٠, 10 a f. اريد ان أمتدّ الى الشام. — X, *se extendit*, c. على = امتدّ, H ١٧, 17. — مدّ. مَدَّ البَصَرِ, *quantum spatii oculo emetiri potest*, I ٢٣٤, 6, M ٤٤٤, 10, aeque bonum est ac مدا البصر (v. Freytag sub مدا) et occurrit in traditione (Khafâdjî, ٢٠٣). — مَدِيدٌ. Dicitur quoque مال مديد, *largae opes*, M ٢٦٠, 4, ut اموال ممدودة, Gloss. Edrîsî sub بسط. — مَدَّادٌ, *aqua abundans* fluvius, M ٤٣٤, 7, ubi Jacût ماد. — امْتِدَادٌ, *extensio*, *ambitus*, *longitudo*, I ٩٢, 2, ١٠١, 1 (ubi syn. مقدار), ٣٢٠, 11, H ٣٧٠, 11.

مدر. مَدَرَةٌ aeque ut Gallicum *motte de terre* (Bocthor) quoque significat *tumulum sive natura sive manu hominum factum*, H ٢٩٤, 15 حصن على مدرة مرتفعة, pl. مُدُورٌ, Jacût, IV, ٩٨٩, 13 وصعب حمله في تلك العقاب والجبال والمدور.

مدن. مدينة v. sub دين.

مدى. مُدْىٌ secundum M ١٨١, 16 est mensura Hierosolymitana = 2/3 قفيز. Ibi igitur circa 24 *çâ'* continebat. In Aegypto secundum *Miçbâh*

habebat 19 *çâ'*. Zamakhscharî, *Fâik*, II, 476 dicit: المُدْىُ مكيال ياخذ جريبًا من الطعام وهو اربعة اقفزة وجمعه امداء. Motarrizî: وهو مكيال بالشام يسع خمسة عشر مكوكًا والمكوك صاع ونصف عن الخطابى. In urbe Ammân tantum 9 *çâ'* continebat, M ١٨١, 19.

مر. مَرَّة. Dicit M ٢٧١, 13 urbem Akhsîketh habere *sesquialterum* ambitum urbis Ramlae يكون فى عظم الرملة مرّة ونصفًا. Occurrit مرة in verbis M ٩٥ *c*, quae uterque Codex habet, sed quae recipere non potui, quoniam et usus huius vocis et sensus verborum me effugit. — المُرِّىّ proprie *muria*, vid. Dozy, mensae necessariis annumeratur M ١٢٩, 8, specialiter المرى العتيق in deliciis est, teste Abu 'l-Kâsim l. l. f. 35 v. Optima parabatur Hierichunte, M ١٨٤, 8, Djondaisâbûri, M ٤١٩, 17 et Merwae, Thaâlibî, *Lataîf*, ١٢٠, 5, ١٢٩, 3. Quomodo praeparanda sit, describit Ibn Djazla in v. et vid. Dozy.

مرأ X, *salubrem iudicavit* terram, H ٣٦٤, 12. — مُرُوَّات, pl. a مروّة, *virtutes*, *qualitates ingenuae*, H ٢٥٩, 10, ٢٧٠, 10, ٢٧٣ *f*, ٣٦٨ *e*, M ٣١١, 2, ٣٥٩, 12, Aghânî, II, ٥٥, 11 a f., Mas'ûdî, III, 404 (ubi corrigenda est versio), Gloss. Moslim et Dozy.

مرجل. مُمَرْجَل, appellatur species panni rubri coloris qui in urbe Samarcand fabricatur, M ٣٢٥, 13 (si recte edidi). Vid. Lane sub رجل.

مرح. مِمْراح, epitheton viri docti, *copiosus*, M ١٢٥ *b*.

مُرْدَاسَنْج, *argyritis*, M ١٢٨, 12, Jacût, II, ٧٣٩, 21, Dozy. Ibn Djazla docet optimam speciem ex Ispahâno provenire et ex آنك praeparari.

مَرْسِين, *myrtus*, M ١٨٨, 20, ٣٩٠, 6, ٤٤٣, 3. Nowairî Ms. p. 775 واليونان تسمّى الآس مَرْسِينَا وتسمّيه العامة مرسين. Vid. porro Dozy.

مرش. Schî'itae in Ahwâzo appellantur المروشيّون (المروسيون) secundum M ٤١٧, 3.

مرق. مارِق, *schismaticus*, habet pl. مُرَّاق, H ٤٨, 12, Mobarrad ٧٩, 13 (ubi sic videtur legendum pro المُرّاق).

مرو. مَرْوِىّ non tantum appellatur pannus Merwae fabricatus, sed omnis

pannus texturae subtilis ex Oriente advectus, vid. Dozy. Exempla sunt H ٢٣٧, 13, M ٤١٩, 11, ubi C بزّ, coll. *m* (ubi B مرو, C بز), ٤٧٠, 3, ubi pl. مرويّات. Pannus est gossypinus, ideoque Mowasschâ f. 122 v. vetantur viri elegantiores simul gerere المروى مع الكتان. Quod docet Djawâhir-Zâdeh apud Motarrizî pannos appellari de nomine loci Iracani ad Euphratem, mera coniectura esse videtur.

مزج III, tropice *contiguus fuit* de duabus tribubus, H ١٨٥, 15, ubi I ١١٣ *n* تاخم.

مزق II c. acc., *honorem alicuius laedit* subintellecto عِرْض. Cf. in lexico مزّق عرض فلان et vid. exemplum verbi مزّق in Chrestom. ad Roordae Gramm. p. ٢٢ ult. coll. ann. *b* 2ae edit. Simili elisione obtinuit significationem *protervus*, *libidinosus fuit*, Khafâdjî, ٢٢٠.

مسح I. Traditionis asseclae (اصحاب الحديث) et Karrâmitae agnoscunt in ablutione frictionem capitis tecti المسح على العمامة, M ٤٠, 11, quod alii omnes improbant, vid. e. g. Querry, *Droit musulman*, I, 12. Schî'itae praescribunt (القدمين) المسح على الرجلين, M ٤٠, 16, ٤٥, 9, vid. Querry l. l., quod ceteri vetant, ideoque in Kor. 5, vs. 8 pro وَأَرْجُلِكُمْ sive وارجلكم legunt, sive dicunt per attractionem pro وارجلَكم esse scriptum (Baidhâwî), sive verbo مسح h. l. tribuunt significationem *lavandi* (TA in v.); — *abscidit* (TA قطع), spec. penem et testiculos, M ٢٤٢, 11, unde explicanda significatio vocum ممسوح et امسح *châtré* apud Dozy; — *rasit* mensuram (Dozy *rader* et sub مسحة), M ٢٤٠, 8. — مُسَاحَة. Qui est census soli على المساحة explicavi in Gloss. Belâdh. sub قسم (nisi quod ibi male scripsi المَساحة); vid. I ١٥٧, 4 seqq., H ٢١٩.

مسك V بحَبْل فلان, *ductum alicuius secutus est*, H ٤, 4, Jacût, I, ١٠, 4. Cf. Lane sub حبل. — VI, *coaluit*, *florere coepit*, *incrementa cepit*, H ١١٨, 4 et 7. — مِسْك habet pl. مُسُوك, H ٣٣٧, 11, Vocabulista apud Dozy.

مشّ. مَشُوش, *fur*, *latro*, M ٣١, 10. Verba مشّ et امتشّ significant *furatus est*, unde مُمْتَشّ (non مُمتَشّ) est *fur*. Sed in dialectis Hebr. et Aram. משש est *contrectavit*, *perscrutatus est* (vid. e. g. Genes. 31, vs. 37),

unde forte *porcus* nomen accepit משושא (Castell) et unde nostrum vocabulum explicandum videtur. Pronuntiari tamen quoque potest مُشَوِّشَا a verbo Aram. (et Arabico postclassico) שַׁוֵּשׁ (vid. Nöldeke, *Mand. Gramm.* 49), ut significetur proprie *perturbator* (مُفْسِد).

مشط. مُشْطِيّ, pannus qui Naisâbûri fabricabatur, M ٣٢٣, 20, nomen habere videtur ab instrumento textoris quod مُشْط appellatur. Dozy habet ex *Vocabulista* مُشْط *toile*.

مشق. مشاق. Apud populum Caucasi qui الكز vocatur, sunt praeter principes s. reges (الملوك) tres ordines: 1⁰ nobiles qui الخماشرة appellantur, 3⁰ agricolae et opifices, et inter hos 2⁰ ordo المشاق, qui probabiliter mercatores et ditiores cives comprehendit. Vid. I ١٨٢ *i* (p. ١٨٧ ann. l. 1).

محن. محين est nomen speciei optimae dactylorum in Omâno, M ٩٨, 14, ٢٧٠, 12.

مطر. مِمْطَر habet pl. مَمَاطِر, M ٩٩, 1, Thaâlibî, *Latâif*, ١٢٧ ult., Jacût, I, ٢٣٢, 10.

مطل. In urbe Indica Moltân in usu est modius, continens 12 libras frumenti, qui مَطَّل appellatur, M ٢٨٢, 2. Nempe sic pronuntians, cogitavi nomen non differre a مَطَر *metreta* (de quo v. Dozy).

معط V et VII, *pilis nudari* de corio, I ٥٨, 14, H ١١٢, 1.

مغس. مَغَس dialectice pro مَغَص, *dolor ventris*, H ١٧٣ *g*, Freytag ex Harîrîo et *Mohît*.

مَغْنِيسِيَا, *magnesia*, I ٢٥ *c*, M ٢٢٣, 12, ubi C habet مغميسيا, Jacût, I, ٢٥٥, Dozy. In *Mafâtîh al-Olûm* f. 76 r. scribitur مغناسيا.

مك. مَكِّيّ est epitheton pannorum speciei quae خيش appellatur, et quae in Tabaristân conficitur, sed maximam partem Meccae venditur, M ٣٦٧, 9. — مَكِّيَّة, nomen navigiorum forte sic appellatorum quia peregrinatoribus Meccanis transportandis erant destinata, M ٣٢, 1.

مكس. مَكْس, *portorium*, M ١٠٥, 1. Vid. Dozy. — مَكَّاس, *perceptor*

portorii, M ٣١, 5, Motarrizî المكاس العشار, TA المكس هو ما ياخذه العشار وهو ماكس ومكاس; Sarakhsî Ms. 373, II, f. 185 r. اعلم بان المكس هو عمل العاشر والمكاس هو العاشر وانما سمى مكاسا لانه ينقص اموال الناس باخذ العشور منهم وهو مشتق من المماكسة والمكاس. Vid. quoque Dozy.

مكن. مَكِنَةٌ, *potentia*, H ٢٠, 10 et 13. Dozy. — اِمْكَانٌ idem, H ٦, 4 اهل الامكان *potentes*.

مل. مَلُولٌ, *taedio afficiens*, Gloss. Moslim, M ١٩٦, 5, ٢٠١, 15, ٣٠٢ *d*, ٣١٥, 15. Restituatur hoc vocabulum pro الملوك in versu apud Jacût, I, ٦٩٢, 18 واتركها ترك الملوك المجانب, ubi significat *pertaesus*.

ملأ. Legimus M ١٦٧, 3 ببيت المقدس طشت ذهب ملئ عقارب, ubi C habet ملا, vulgaris, ut videtur, forma pro ملآن (vid. *Kâmûs* et Dozy). In textu pronuntiandum est مُلِئَ, ut recte B habet ١٢٧, 7 كُنَيِّف مُلِئَ علمًا.

ملح. مِلْحٌ et مَلِيحٌ, *salsus*, quoque de terra usurpantur, M ٨٠, 8, ubi fem. مَلْحَةٌ, et ٨٢, 8, coll. ann. *i*.

ملط. مِلَاطٌ generaliter est *id quo strues lapidum ligantur* e. g. M ٤٤٤ *o*, ملاط اساساته الرصاص.

ملك V, *acquisivit* (Gloss. Fragm. et Dozy). Hinc اسباب التملّك, *variae modi opulentiae acquirendae*, H ٧٣, 19 et Dozy. Eodem fere sensu اسباب الملك, I ٢٩٢, 9. سعة التملّك, *opulentia*, H ٧٨, 8. — المالكيّة memorantur H ٦٥ ult. seq., M ٣٧, 5, ٣٩, 8, ٤٠, 1, ٤١, 3, ٩٩, 8, ١٣٩, 5, ١٧٩, 20, ٢٠٢, 15, ٢٣٦, ٢٣٧, ٤١٥, 6, ٤٨١, 10.

مَنّ. مَنٌّ (مَنًا) est fere ubique duarum librarum (رطل) e. g. M ١٢٩, 2, ٣٨١, 8, ٣٩٧, 17, nisi Meccae ubi ipsa mina appellatur libra, M ٩٩, 4 et in maiore parte Khûzistâni, ubi continet quatuor libras, M ٤١٧, 11. In Adharbaidjân est Schirâzensi similis, sed appellatur رطل, I ١٩١ ult.

منع I c. عن p., *tuitus est*, *defendit*, H ١٤٨, 14. — VIII, *inaccessus fuit*, de hominibus, I ٢٢٥, 5, de deserto, I ٢٦, 12, H ٣٣, 11, de monte I ٢٠٣, 1 et 9, ٢٠٥, 9, de loco, I ٧١, 7, de mari i. e. *innavigabilis fuit*, M ١١, 13. *Asâs* habet حصن منيع et حصن ممنّع, addatur igitur حصن

ممتنع. — مانعٌ, *fortis*, de muro, I ٧٧ *a*. — مَنيعٌ. مَنيعُ الجانب est fere idem quod غليظ الجانب, *durus*, quod adiectivum de carnibus piscinis ubi dicitur est epitheton ornans, H ٥١, 10 اسمن منه — وبها من السمك ما لم ار ولا امنع جانبًا لآكله.

مني II, *promisit*, H ٢٨, 20 et 22, Gloss. Fragm. et Dozy. — مُنْيَةٌ sensu *hortus* est Hispanicum, saeculo quarto adhuc in Oriente incognitum, M ٢٣٥, 5 et 6, Dozy.

مهن. مِهْنَةٌ, *labor* spec. *molestus*, H ٧٩, 8. Saepissime usurpatur sensu *opificii* (*Mohît*), hinc اهل المهنة sunt *opifices* (les ouvriers) H ٣١١, 14, ut اهل الصنعة q. v., contra اهل المِهَن s. ارباب المِهَن *fabricatores* (les fabricants) ut اهل الصنائع s. ارباب q. v. Idem tamen quoque latiore sensu *opifices* denotat. Vid. quoque Dozy. — ماهِنٌ, *famulus*, habet pl. مِهَان s. مُهَّان (Gloss. Fragm.). Apud I ١٨٤ *i* (p. ١٨٧ ann. l. 1) المهان videntur significare *opifices*, ut pl. مِهَنَةٌ apud Dozy.

موت. مَوْتَةٌ est idem quod موت, e. g. Tabarî apud Girgas et Rosen, ١٥٤, 10, nisi quod sit منه اخصّ (*Mohît*), nempe potissimum adhibetur in talibus phrasibus مات مَوْتَةً لم يَمُتْها احدٌ, *Asâs*, et مات باشرّ موتة, M ٤٤٩, 21. Dozy: *manière de mourir*. — مَيِّتٌ, *stagnans*, de aqua, H ٤٧ paen.

مَوْزٌ describitur M ١٨. *l*.

موس. مُوسَوِيُّون appellantur Schî'itae in Sûs Africana, H ٦٥ paen.

مول. أَمْوالٌ saepissime est *reditus* e. g. H ٢., 1, ٢١, 6 et phrasis passim occurrens وجوه الاموال.

مُومِيَائي. Derivationem nominis dat I ١٥٥, 6 seq. Quomodo colligatur, v. I ١٥٤ seq., H ٢١٤, 12—19.

موه. مآءٌ habet quoque pl. امياءٌ, M ١٥١, 18, et cf. ١٢٤ *n*, Dimaschkî ٢١١, 8 a. f., Lagarde, *Materialien*, I, 104, 12, Vocabulista apud Dozy; et امياه, M ١٥١ *n*. Aquae odoratae species sequentes memorantur: ماء الخِلَاف, quae e floribus salicis orientalis paratur et Persice آب بيد appellatur,

I ١٥٣, 3, II ٢١٣, 9, Lane ad versionem *Alif Laila*, I, 191 ann. 7, Dozy sub خلف. Aliter Berggren in v. *cardon*; — ماء الزعفران, II ٢١٣, 9, diversa ab illa specie quae appellatur ماء الخَلُوق e. g. Mowasschâ f. 123 v., 125 r., Nowairî Ms. p. 807, et quidem I ١٥٣, 3 speciem illam memorat quae المسوسن vocatur. Hoc epitheton, teste Nowairîo p. 808, qui habet المَيْسُوسَن i. e. *liquor lilii*, Ibn Djazla شراب السوسن et Dozy in v., datur aquae odoratae ad cuius compositionem adhibentur quoque flores lilii albi. Cf. Vullers sub مى; — ماء الطَّلْع, I ١٥٣, 2, II ٢١٣, 8, quae e spathis pandani odoratissimi paratur et Persice آب كادرو appellatur. Cf. supra sub كادره; — ماء القَيْصُوم s. ماء القيسوم, I ١٥٣, 2, II ٢١٣, 9, in cuius compositione utuntur *abrotono*. — Nomen compositum ماورد, cum art. الماورد pro ماء الورد, occurrit e. g. I ١٥٢ *q*, M ٤٤٣, 6, in poëmate Jacût, II, ٣٤٣, 4.

ميد. مَيْدانٌ in urbe est *area*, *forum*, quod tum mercatui, tum ludis publicis est destinatum. Cartwright apud Purchas *His Pilgrimes*, II, 1431 sic describit *meidân* in Kazwîn: »the high street or chiefe Market place in this Citie; and is fouresquare, containing in circuit very neere a mile; and serves as a Bursse for all sorts of Merchants to meete on, and also for all others to sell whatsoever Commodities they possesse cet.", et p. 1434 Ispahanensem: which is the great Market place or high street of Hispaan: round about this place were erected certaine high scaffolds, where the multitude doe sit to behold the warlike exercises performed by the King and his Courtiers, as their running and leaping, their shooting with Bowes and Arrowes, at a Marke both above and beneath, their playing at Tennis, all which they performe on Horse-backe, with divers moe too long to write of. In this place also is to bee seene severall times in the yeare, the pleasant sight of Fire-workes, of Banquets, of Musickes, of Wrestlings, and of whatsoever Triumphs else is there to be shewed, for the declaration of the joy of this people". Hoc sensu occurrit II ٣٦٥, 10, ٣٩٢, 4. — Extra urbem est *campus*, *pratum*, ut I ٢٩٤, 11 seq., II ١٥٩, 15, ٣٤٧, 2 seq.

مير. مُمْتَارٌ, *forum*, *mercatus*, I ٢٢, 6, ١٧٨, 6, II ٢٩, 3, ٢٣٣, 9.

مين. مينا, quo exornantur parietes ut M ١٣٢, 15 de templo Samarrae قد لبست حيطانه بالمينا, bene describitur a Vullers in v.

ميويز, alia forma vocis مويز, e. g. I ١٩ *e*, ٢٠١ *c*, lexico Persico est addenda.

نارْجيل. E nuce Indica non tantum potus اطواق, sed quoque acetum paratur, H ٢٣١, 18 et *i*.

نبت I, *turgere*, non tantum de mammis puellarum dicitur, sed etiam de aliis rebus e. g. de ciceribus. Sunt igitur فولٌ مَنْبُوتٌ, M ١٨٣, 19 aut فولٌ نابتٌ, ut nunc in Aegypto dicitur secundum Lane (apud Dozy) et von Kremer, *cicera in aqua macerata*, *cicera tepida*, quoque الفول المدمّس dicta (vid. *Hazz al-Kohûf*, ١٥٣). In فول منبوت nomen patiens irregulariter pertinet ad أَنْبَتَ, ut محبوب ad احبّ. — ينبوت, *locus ubi germinant plantae*, metaph. H ١٣٩, 1. Non autem sine longa dubitatione in textum recepi et hic recipio, nam hoc sensu vocabulum alibi non memoratum vidi; cogitavi quoque de legendo نبّوت sensu *baculus*, *scipio*, metaph. *fulcrum*, cf. TA et *Mohît*.

نبط X, *derivavit* aquam e monte, I ١٢٤, 10, canalem ex fluvio, ٥٩, 14. — مُسْتَنْبَطٌ, *fons*, I ٥٨, 12, H ١١٣, 16.

نبع. نَبْعٌ, *fons* (Gloss. Fragm.), sensu metaph. M ٩٣ ult. ولهم شبه نبع تجارة »est iis quasi fons mercaturae".

نبق. نَبَقٌ describitur M ٢٠٤, 6. Obscurum mihi est apud I ٢٥ *l* illud ناق versionis Persicae.

نبل. نُبْلٌ, *elegantia*, *venustas* aedificii, H ٩٧, 9. — نَبِيلٌ, *elegans*, *venustus*, de aedificiis H ٤٩, 7 (fabricae), de urbe, M ٢٧٣, 11, ٤٧٤ *e*, Jacût, I, ٧٣٧, 19. — أَنْبَلُ, *nobilior formâ*, *pulchrior*, Jacût I, ١٦٥, 19 de homine, II, ١٧٥, 9 de urbe, *excellentior*, M ١٨٨, 9 de puteo (accusativus ibi est التمييز »nisi voveas fodere puteum excellentissimum").

نبا. نَبِيٌّ (pro نَبِيءٌ), epitheton viae subterraneae, est *convexus et conspicuus*, ut solent esse cuniculi, M ٢١٠, 6, coll. H ١٠١, 3 واضح et Kazw. II, ١٧٨, 14 ازج تحت الارض. TA habet: والنبىءُ على فعيل الطريق

الواضح يهمز ولا يهمز -- والنبيء المكان المرتفع الناشز المحدودب يهمز ولا يهمز كالنابئ — وفى لسان العرب نبأ نبأً ونبوءًا اذا ارتفع — والنبأة النشز من الارض. (Pro نبأً *Fâik*, II, 522 نبأ).

نتج I. Quum liceat, omisso obiecto secundo, dicere نُتِجَ الولد et نُتجت السخلة (*Mohît*), verbum نَتَجَ accepit significationem *educavit* bestias pecuarius, H ٧٢, 17, Gloss. Edrîsî et Dozy. — نِتَاج, *foetura* utroque sensu (actus et producti), I ٢٨٨, 2 et 4, H ٥١, 18 seq., ٧٩, 9 seq., ٣٢٧, 6, ٣٣٦, 15, 17, ٣٧٧, 4. Posteriore sensu quoque نتائج dicitur, H ٧٩, 14.

نثر. مِلْح مَنْثُور, videtur esse *sal comminutum*, M ١٨٤, 7. Etiam nunc sal e vicinia maris mortui advehitur Hierosolymas.

نج in Media dicitur pro نيك, *bonus* (Arab. جيّد), M ٣٩٨, 9.

نجب IV, *ferax fuit*, de terra I ٣٢٢, 2, Edrîsî apud Dozy in *Journ. as.* 1869, II, 209 et Makkarî in *Supplém.*, de arboribus Ibno 'l-Awwâm ibid., *feliciter provenit* de fructibus Jacût, I, ٧٢٣, 2 والفواكه والخيرات بارضهم لا تُنْجِب, et quoque de opera manuali, quae prospero successu gaudet, Jacût, II, ٩٠٣, 6 غُرَف تعرف بالمعامل يستأجرها الحاكة لعمل الثياب الشَّرْب فلا تكاد تُنْجِب الا بها, eodem igitur sensu quo أَنْجَعَ adhibetur e. g. I ٢٠٠ *q*.

نجح. مَنْجَحَة, pl. مَنَاجِح, *felix rei successus*, M ٩٤ *k* (p. ٩٦ ann. l. 9), Thaâlibî apud Dozy.

نجد. نَجْد. Observa phrasin H ٢٠٤, 7 البلاد والنجاد »terrae et montes".

نجر. نَجَّار. بالنَّجَّار pro بذراع النجار, H ١١٢ *c*. De hac ulna ذراع النجارين loquitur Ibno 's-Schihna f. 57 r. Hodie dicit est ulna et sexta pars ulnae (ذراع وسدس), sed antea probabiliter fuit ulna et dimidia (ذراع ونصف). Fortasse eadem ulna est quae significatur nomine ذراع العمل, *Adjâib al-Hind*, Ms. Schefer, p. 13 وكان طول مركبه خمسين ذراعا بذراع العمل, *Sult. Maml.*, I, 2, p. 245 et *Alif Laila* ed. Macn. I, ٣٦١ ult. — النَّجَّارِيَّة memorantur M ٣٧, 6 et 11, ٣٨, 9, ١٣٦, 6, ٣٦٥, 9, ٣٨٤, 14, ٣٩٥, 1, 4 et *e*.

انتجع VIII الامطار, *quaesivit locos pluvia irrigatos*, H ٤٥, 3, ut انتجع الغيث in versu Dhu-r-Rommae quo laudat Bilâl ibn abî Borda (*Asâs*):

رايتُ النّاسَ ينتجعون غَيْثًا فقلتُ لصَيْدَحَ انتجعِى بِلَالَا

Est brevior locutio pro انتجع مساقط الغيث TA. — أَنْجَعُ (compar.) c. ب r. tropice adhibetur M ٤٤٨, 11 اهل فارس انجع الناس بطاعة السلطان »Persae omnium hominum obedientissimi sunt principi".

نجم I, *prodiit*, quoque de viris eximiis dicitur, H ١٥٥, 13, *Asâs*: ونَجَمَ فيهم شاعرٌ او فارسٌ.

نحت I, *fabricavit*, I ٢١٢, 4, ubi L et C يُعْمَل, M ٣١٩, 9. Hinc استنحت significat *fabricari iussit*, Kabbâb Ms. 138, f. 116 v. مَن استنحت سرجًا او قارورة او قدحًا او غير ذلك مما يعمل فى الاسواق.

نحر. نَحْرٌ, *ora*, نحر البحر *ora maritima*, H ٤٠, 4 et passim, Gloss. Edrîsî; بنحر الطريق, *in ipso latere viae*, Jacût II, ٤٣٢, 20, فى نحر العدوّ *in ipso confinio*, Jacût, I, ٢٤٤, 5, et sic e Codice restituatur Jakûbî, ٧٤, 5 pro تُخُم. Quod Freytag auctoritate Jac. Schult. dedit جلس فى نحر فلان in *Asâs* exstat. TA eodem sensu habet بنحر. Cf. quoque Dozy.

نحا VI. Legimus in *Asâs*: وناحيتُه مناحاةً صرتُ نحوَه وصار نحوى, et spec. hoc dicitur sensu hostili e. g. Jacût, II, ٣٣٦, 1, ubi cogitatione supplendum عدوّهم. Hinc reflexivum *petiverunt unus alterum*, H ٣٦٥, 13. — ناحيةٌ apud M passim e. g. ٦٨, 8, ١١٤, 1, ١٣٧, 8 idem significat quod etiam hodie in Syria secundum Huart in *Journ. asiat.* 1879, I, 128 »un groupe cantonnal qui n'est pas assez considérable pour former un *caza* (i. e. كورة) séparé, mais qui ne peut non plus, à cause de sa position géographique, être rattaché à l'un des *cazas* voisins". — من ناحية s. فى ناحية *aliquâ distantiâ*, M ٤٢٨, 12, ٤٣٠. *p*.

نخّ. نَخٌّ, *tapete*, habet non tantum pl. أَنْخَاخٌ (Freytag et *Mohît*), H ٢٤٥, 4, ٢٤٦, 15, sed quoque نِخَاخٌ (TA et Dozy), I ١٥٣, 16, ٢٧٥, 2, II ٢١٤, 3, Abu 'l-Kâsim l. l. f. 32 r. والنخاخ الاندلسية.

نخع I, n. a. نَخْعٌ, *excrevit pituitam* (= V), M ٢٠٥, 12. Quoque in

usu est n. a. نخاعة, nam sic explicandum est in traditione في النخاعة المسجد خطيئة (TA).

ندر. نَدْرٌ, *rarus*, adiect., ut e loco Harîrii (البيت الندر) habet Freytag et proprie est وصف بالمصدر (*Mohît*), M ۴۲, 2; subst. M ۴۸۹, 3. — نادِر, *eximiae qualitatis*, M ۱۹۹, 15, ۴۴۳, 14.

ندا. ندى. Dicit M ۴۷. *i* والغالب على طعام جيرفت الندى والتمور, pro quo in textu est ۴۷., 6 والغالب على طعام اهل هذه الكورة الذرة والتمر (cf. quoque H ۲۲۳ ult.). Debet igitur significari voce ندى, si lectio sana est, species milii. Neque de نَدًى (adipe), neque de نَدِيَّة (pani aut carnibus sub calidis cineribus coctis) sermonem esse posse, patet. — المندّى est genus terrarum arte irrigatarum, quod accuratius definire nequeo. Vid. I ۱۵۷ paen. Induxit me hoc vocabulum cuius lectio constat, ut mox deinde et l. seq. ederem نُدّى pro بُدّى.

نذر. المُنْذِرِيّة, qui doctrinam Ibn Mondhiri sequuntur, memorantur M ۳۷, 8, ۹۹, 7.

نَرْجِس. Inter Schîrâz et Sîrâf planities est, tecta specie narcissi, quam Arabes نرجس مضعّف appellant, I ۱۳۹, 3, H ۱۹۹, 14, Europaei narcissum duplicem e. g. Ouseley, *Travels*, II, 90 »double narcissus" et Pietro delle Valle quem laudat »narcisi doppi". In Syria quoque crescit, vid. Berggren in Append. »Narcissus Tazetta, L. au m. Liban, نرجس مضعّف" (male ibi bis comma est positum). Solo nomine مضعّف alius flos, ut videtur, significatur, nempe »Lilium convallium, muquet, lis des vallées". In *Mohît* pronuntiatur مُضْعَف et describitur tanquam »narcisso similis, nisi quod flos eius sit maior et odor fragantior". — سوسن نَرْجِس flos, probabiliter idem qui نرجس مضعّف appellatur, describitur I ۱۵۲, 9, H ۲۱۳, 4.

نزح I c. عن, *deseruit*, *migravit*, H ۱۹, 14; de Sacy, Chrest. II, 30, 3; c. الى Belâdhorî ۱۷۱, 6. Cf. Dozy.

نزر. نَزْر, *paucus*, terminationem femininam non admittit, quia proprie

est صفة بالمصدر. Vid. e. g. M ٢٤٣, 4 وكانت لحيته نزرًا خفيفةً. Exemplum tamen fem. نزرة habet Dozy.

نزع I, *exiit*, *profluit* aqua e tubo, M ٤٤٩, 18, ubi C (٤٥. ann., 8 a f.) نثر; cf. Bocthor *s'écouler*. Proprie est eadem significatio quam in Gloss. Belâdh. reddidi per *derivatus est canalis a fluvio*, cuius alia ex. sunt Jacût, I, ٩٢٧, 21 (= IV, ٨٣٥, 13), ٨٠٤, 1. — VI. Dicitur تنازعا الخصومة, *litigaverunt coram iudice*, H ٢٧٩, 22.

نزل. مَنْزِل *distantia unius diei*, I ٢٥. seq., H ٣٠٦, ٣٠٧, 2, Jacût, I, ٨٨٨, 16. — مَنْزِلَة idem, I ١٧٨, 4.

نزه. نُزْه, pl. a نُزْهَة, *loca amoena*, *loca oblectationis*, *villae*, M ٢٧٩ *a*, Jacût, IV, ٤٨, 10; Bocthor: *lieu de plaisance*, *promenade*. Vid. porro Dozy. — مُتَنَزِّه, *amoenus* de flore, H ٣٨٢, 1 انورة متنزهات.

نسج I *plexit*. Domus urbis Samandar sunt من خَشَب قد نُسجت, I ٢٢٢ ult., H ٢٨٢, 18, s. خشب منسوجة بالقضبان, M ٣٦١, 15, i. e. ut videtur, interstitia inter palos arundinibus decussatim positis implentur, cf. Dozy. — VIII tropice *intextus*, *imbutus fuit* animus scientia et humanitate, H ٤, 7. — مَنَاسِج H ٢٢٣ *f* potest esse plur. a مَنْسَج *textrinum*, ut quoque apud Jacût, I, ٢٧٢, 18, aut a مِنْسَج *iugum textorium*.

نسف VIII c. ب s. c. acc., *abripuit et dispersit* ventus pulverem, H ٣٠٠, 9 et *o*. Eodem sensu lexica habent نَسَفَت الريحُ التراب.

نشر I *siccavit* fructus, M ١٧٢, 13, Dozy, *Gloss. Esp. ar.*, 166. Fere eodem sensu نثر adhibetur, vid. Gloss. Edrîsî, 342. — مَنْشَر (proprie مصدر ميمى), *resurrectio mortuorum*, M ١٦٦, 18, TA ارض المنشر الارض المقدسة من الشام.

نشز. نَشَزَة i. q. نَشَز, *locus editus*, M ٨٤, 6.

نشاسته (Pers. Part. verbi نشاستن), titulus viri docti, M ٤٣, 17. Propriam vim non novi.

نصب VIII c. ل r., *studium impendit*, *operam dedit* rei, I ١٤٨, 13, H ٢٠٩, 10, nisi potius, coll. Dozy, vertendum sit »se praedicatores et de-

fensores harum doctrinarum stiterunt"; c. فى r. (= I) id. M ١٧, 5. — نَصْب, *molestia*, M ٤٠٣ *b*; — *odium dogmaticum Alîi*, quod exprobratur Hanbalitis et aliis traditionis asseclis, sed ab iis negatur, M ٣٧, 18, ٣٨, 8. Nomen النواصب est fere convicium sensu *fanatici*, M ١٠٣, 11, Mas'ûdî V, 82 (ناصبى), Jacût, II, ٩٠١, 2. Vid. imprimis Goldziher, *Beiträge zur Literaturgesch. der Schia*, 55 seq. (Sitzungsberichte der K. Akad. d. Wissensch. LXXVIII, 491 seq.). — نَصْبَة, *modus ponendi*, I ٢٥٩, 8, ubi pro وتنص nunc legendum puto وتُبْصَر (v. Add.) et verto »et intra videre licet constructionem tecti huius tholi". Cf. Dozy sub نَصْب et نَصْبَة.

نصف III. مُنَاصَفَة, *pro dimidio valoris*, M ٤٦٩, 11. — نَصَف. أَنْصاف العلماء apud M ٣٢٨, 10 sunt *doctores mediae aetatis*, qui tailesanum quidem gestant, sed sic ut alter humerus intectus maneat; seni (كبير l. 9) tantum licet induere totum hoc vestimentum.

نضر. نَضَارة. Lectio C apud M ٤٥٩, 13 defendi quidem potest et verti per *venustas*, *elegantia*, sed nunc lectio B نظّارة mihi praeferenda videtur (v. infra).

نطف. ناطِف optimae qualitatis ex Armenia provenit, M ٣٧٩, 10. In Syria tantum sic appellatur id quod e saccharo paratur, M ١٨٤, 1.

نطق X وجوهًا من القول والخطاب, *usus est variis modis dicendi*, H ٥, 13. — مِنْطَقَة in architectura est quod Germanice *die Trommel der Kuppel*, Gallice *le tambour de la coupole* appellatur, M ١٦٩, 16, ١٧٠, 1, 4 et 8, coll. Baedeker, 177, 3 a f., Sepp, *Jerusalem* etc., I, 370, 414; Tabarî sub anno 229 de palatio الهارونى Samarrae: كان فى احد شقّى ذلك الرواق قبّة مرتفعة فى السماء بيضاء كانها بيضة الا قدر ذراع فيما ترى العين حولها (Var. l. حواها) فى وسطها ساج منقوش مغشّى باللازورد والذهب وكانت تسمّى قبّة المنطقة وكان ذلك الرواق يسمّى رواق قبّة المنطقة. — مَنْطِقىّ, *dialecticus*, *philosophus*, H ٨٢, 10, Dozy.

نظر. نَظَرٌ. فى ذلك نَظَرٌ, *haec res habet dubitationem*, *hanc rem in dubium voco*, H ٣٤٠, 14 »dubito an hoc nostro etiam tempore valeat", Bokhârî,

I, ١.١, 1, *Chron. Mekk.* II, ٨٥, 4 a f., Jacût, I, ١٢٩, 10, ١٦٦, 2, ٥٢٢, 1 et 3 cet., *Mohît* et porro Dozy; — *provincia*, *ditio* in dialecto Maghrib., H ٤٦, 2 (cf. mea Descriptio al-Magribi, p. 55), Jacût, I, ٢٨٥, 16, ٣٤٩, 21, Ibn Djobair ٣٤ (نظر اقريطش الى صاحب القسطنطينية) cet.; Dozy. — ناظر, sensu quem Freytag habet *inspector*, H ٥١, 2 للمنصور فيها والناظر TA .امينٌ وناظرٌ يلى صلاتها ومعاونها والنظر فيما يخرج من هذا المعدن الامين الذى يبعثه السلطان الى جماعة قرية ليستبرئ امرهم. V. quoque *Mohît*. Cum lusu verborum poëta apud Jacût, I, ٤٨٨, 10 بناظر ليس له ناظر.

نَظَّار proprie est *consideratus*, *prudens*, *qui multum perpendit*, e. g. Djawâlîkî ٧٥, 10. Cf. *Mohît* فعّال للمبالغة. Hinc substantive *qui quaestiones theologico-iuridicas examinat et decidit*, M ٣٥٦, 14, ٣٥٩, 11, ٣٧٩, 7, ٤٦٣, 11. Pluralis (aut forte forma intensiva est ut علّامة et ناظورة apud Harîrî, p. ٦٤, 2ae ed.) est نظّارة, M ٤٥٩, 13 ubi sic restituatur e B. Eodem sensu, ut videtur, in usu est مناظِر, Jacût, III, ١٨٤, 9, ٣٥١, 9, ٣٥٢, 2.

نعر. Vox ناعورة, *machina hydraulica*, dialecto Palaestinensi non est propria, nam M ٤١١, 12 explicat النواعير per الدواليب.

نعش I. Legimus M ٤٣٩, 3 propter severitatem frigoris لا ينعش فيها الزرع quod probabiliter legendum est يُنْعِش et sumendum sensu نمى *incrementum cepit*, *provenit*, quoniam نَعَشَ significat *refecit*, *recreavit*, ut in versu Nâbighae وانت رَبيعٌ يَنْعَشُ النّاسَ سَيْبُهُ (Ahlwardt, *The Divans*, p. ٢٠, vs. ٣١).

نعق I. De usu phrasis نعق ناعقٌ, M ٣١٦, 14, vid. Gloss. Fragm. Addi potest locus Mas'ûdî V, 86, 5. Vid. porro Dozy.

نعم IV النَّظَرَ, *accurate intuitus fuit*, H ٧, 3 et Harîrî l. a Freytagio l. (p. ٩٣ in 2a ed.). Dozy eodem sensu e Payne Smith habet نعّم.

نفد I apud H ٣٢٠, 4 نفد المعدنُ لنفاد الحطب eodem sensu (*negligi*) adhibetur, quo solet تعطّل, quod I ٢٦٦, 3 habet.

نفق. نافق, *vafer*, H ٢٧٩, 17 (cf. Dozy sub نفق: *faire de grands pro-*

grès, exceller). — مَنْفَذٌ, pl. مَنافِذ, *angiportus*, M ٧٣, 12, Bocthor: *avenue*, passage, *communication*, *issue*. Occurrit quoque sensu *canalis* Mawerdî, ٣١١, 14 et sensu quem iterum habet Bocthor: *ventouse*, ouverture pour donner passage à l'air, Mas'ûdî, IV, 64, 3, Jacût, I, ٣٨٤, 9 et 10. Vid. porro Dozy.

نفر. نَفِيرٌ sensu iam saepe illustrato I ٢٩١, 4, H ٣٤٠, 6 يبلغهم نفير العدوّ, M ١٧٧, 5 وقد ضجّ بالنفير. — نفر, plur., *comitatus* (caravanes), M ٤٢٧, 15, ٤٦٣, 7, ٤٦٩, 14, ٤٧٨, 11. P. ٤٦٩ quoque singularis esse posset. De vocalibus certus non sum.

نفس III. نافسْتُه نفسُه الى الشيء, *aspiravit ad rem*, H ٢٧١, 7. — نَفْسٌ. حضرموت في نفسها, *ipsa Hadhramaut*, I ٢٥, 8, شكله (البحر) في نفسه, *ipsius maris forma*, H ٨, 3. Apud H ٨٩, 16 عامل كبير في نفسه videtur fere idem significare quod بنفسه (vid. supra sub قوم), nempe hanc urbem esse praefecturam sui iuris, non subditam aliae. — نَفَسَةٌ, *flatus venti*, M ٣١, 14. — نَفِيسٌ, *nobilis*, *excellens* (vir), H ٣٢٩, 7, ubi substantive ponitur, TA ٢٣٦, 6 a f. رجل نافس ونفيس. Cf. Bocthor apud Dozy. — نَفُوسِيّ, epitheton panni in urbibus montis Nafûsae fabricati, H ٤٩, 9. — مَنْفَسٌ, pl. مَنافِس, *apertura*, *foramen*, M ٢٠٨, 11 et 16. Dozy: *soupirail d'aqueduc*, etc.

نفط. المِلْحُ النَّفْطِيّ, species salis quae e vicinia Dârâbgirdi provenit et secundum *Mafâtîh al-Olûm* f. 76 r. naftae odorem habet, M ٤٤٣, 10, in mensa opulentiorum ponitur in compotatione, ut quoque species الملح الصنعانيّ, Mowasschâ f. 131 r. et (الاندرانى) الملح الدارانيّ, Abu 'l-Kâsim l. l. f. 35 r., quod rubrum est et e quo fabricantur vasa (*Mafâtîh* l. l.).

نفع X c. ب, *usus est* re = VIII, M ١٤٧, 2, Gloss. Ibn Djobair, *Asâs* et TA. Constructum c. acc. significat طلب نفعه (TA et *Mohît*).

نفق. نَفِيقٌ, *honoratus*, *spectatus*, M ٢٧٨, 7, ubi صدر est vir doctrina excellens. De verbo نَفَقَ hoc sensu vid. Gloss. Fragm.

نقب. أَنْقَبُ, comp. ut vid. a نَقَّابٌ *qui res suas perficit* (نافذ فى الامور), M ٣٤, 8.

نقر. نُقْرَةٌ, *later (aureus aut) argenteus*, quoque habet pl. نُقَرٌ, M ٣٤. *d* (٣٤١, ann. l. 6), Belâdh. ٤٢٧, 3, Dozy.

نقش. مَنْقُوشٌ. Dicit M ٣٠٦, 11 provinciam Sedjestân optime cultam esse منقوشة العمارة, *variegatam culturâ*.

نقض IV v. sub زور.

نقل V, *circumvagatus est*, *profectus est*, M ٢, 16, Arîb Ms. Goth. f. 18 r. وسال اهل القيروان عنها (عن القافلة) فاخبروه انها تنقّلت, f. 19 v. ثم تنقّل الى النباج, Gloss. Fragm. et Dozy.

نكب. مَنْكِبٌ, *latus* (Freytag). Dicitur من منكب الطريق, *a latere viae*, *ad viam*, H ١٥٦, 18.

نكح III c. acc. populi aut tribus, *matrimonia iunxit gens cum alia gente*, M ٤٠٣, 4, Mobarrad ٢٦٦, 10 ubi sec. marg. E legatur وكثرة مناكحتهم (ثقيف) قريشا, Djâhith in opusculo فضائل الاتراك Ms. f. 3 v. وامتنعت عدنان قاطبة من مناكحة بنى اسحق وهو اخو (اخوه .Cod) اسمعيل وجادوا بذلك فى جميع الدهر لبنى قحطان وهو ابن غابر.

نكر. النكاريّة, sectarii haeretici in Maghrib, H ٤٨, 11. Vocantur quoque النكّارة, vid. Dozy.

نكى IV = I, H ٧٨, 19, M ٤٨٩, 5. Vid. Gloss. Fragm.

نمر. نَمِرٌ habet iuxta pl. نُمُورٌ, quem auctor *Mohît* male neglexit, quoque نُمُورَةٌ, M ٩٧ *m*, Mas'ûdî, III, 2, 3, 4, 55, TA sub كافور habet: شجر جبال الهند — تالفه النمورة (جمع نمر), *Alif Laila*, III, ٥٩٩, 3 ed. Macn. Cf. Fleischer, *Beiträge* ad de Sacy, I, 370, 11 in *Berichte der K. Sächs. Ges. der Wissensch.*, 1874, p. 83. Adde صقورة a صقر (e. g. Girgas et Rosen, ٢١٥, 5), فهودة a فهد (*Alif Laila* l. l., Jacût, II, ٥٠, 8), عبورة a عبر. Lexico addatur quoque pl. نمران, Jacût, I, ٥٤٧, 14, ٨٥٤, 9, II, ٧٥٦, 2. — نَمِرَةٌ, pl. نُمُورٌ, *corium pantherinum*, I ٣٥ ult., H ٤١, 2, mea *Descriptio al-Magribi*, 38.

نمس. نَامُوس, *culex*, H ۲۷۳, 15. Vocabulum notissimum habent TA, *Mohît*, Khafâdjî ۲۳۵, Bocthor *cousin*, *moustique*, alii. Vid. quoque Dozy.

نَمَكْسُود, proprie *sale conditus* (Vullers sub نمك), est *caro in longa segmenta concisa*, *sale et aromatibus condita* (Ibn Djazla et Ibn Baithâr), M ۱۴۵, 3, ۳۸۴, 11, ۳۹۹, 5. Vid. quoque Dozy.

نهر. نَهْر saepissime est *canalis*, maior quam ساقية, quae iterum maior est quam جدول (*Mohît*) et adhibetur quoque de *tubo* metalleo aquae ducendae, I ۳۱۹, 12, H ۳۶۹, 3. — Dimin. نُهَيْر H ۲۸۹ ult. — نَهَار, *unius diei iter*, M ۲۵۰, 5 seqq. (Minus recte Sprenger, *die alte Geographie*, 150 *Tag und Nacht*).

نهض. نَهْضَة, *spiritus* in bello sacro, *valor*, M ۱۵۲, 8, TA الطاقة والقوّة et الحركة (*Asâs*). Vid. etiam Dozy. Pronuntiari quoque potest نُهْضَة, quod secundum TA est nomen actionis ab انتهض *surrexit*.

نهل. مَنْهَلَة est idem quod مَنْهَل, *statio*, Jacût, IV, ۴۰۴, 14, *unius diei iter*, M ۲۵۰ *a*.

نهى VIII c. الى p., *se retulit ad alicuius sententiam*, I ۲۲۱, 9, ubi L et Jacût (cf. quoque H ۲۷۹ *h*) habent وينْهون اليه *eum certiorem faciunt*. Cf. Gloss. Fragm.

نوب I saepe syn. est verbi لَزِم, *necessario praestandum solvendumve fuit*, ut M ۲۹۹, 4 ناب عليه الف درهم, *pro hoc opere solvendum remanserunt mille dirhemi*, ۳۳۱, 7 ونابَ عليه الاموال العظيمة, *pro restauratione magna summa pecuniae solvenda fuit*. Cf. Dozy: *coûter*. — VIII, *visitavit*, *adiit*, I ۹۱, 2, ۱۵۲, 14, ۱۸۳, 8, ۲۹۵, 11, ۲۷۳, 7, ۳۱۳, 12, H ۳۲۴, 9, ۳۶۲, 14, Jacût, I, ۸۷, 20, Harîri ۵۴, 3 (qui usus auctori tanquam lapsus imputatur, quia tantum de una visitatione sermo est); *sibi domicilium cepit*, I ۱۰, 9, H ۱۵, 3, ۳۱۴, 1. — نَوْبَة. على النُّوب, *per vices*, I ۲۳۰ paen., H ۲۹۰, 14, Bîrûnî, ۲۳۴, 12, ۲۹۰ ult. seq.; بالنُّوب = بالنوبة (Gloss. Fragm.) M ۴۱۳, 15 النهر بالنوب, *habent incolae usum aquae per vices* (cf. apud Dozy نوبة ماء). — نَائِبَة. De نوائب السلطان, I ۱۱۳, 6 (H ۱۸۵, 10 احوال), vid. Gloss Belâdh. — *Angaria*, H ۱۵۳ ult., Gloss. Belâdh.

نور. نَوْر *flos*, pl. irreg. نَوَائِر, I ٢٩٣, 8 (ubi Jacût نواوير), Gloss. Edrîsî, ubi singularem نَوَارَة quem Alcala et Vocabulista habent, assumpsimus, pl. أَنْوِرَة, H ٣٨٢, 1. — نُور, *splendor* templi, M ٢٨٢, 3, ٣٥٩, 2, ٣٦٧, 19, ٤٣٠, 3. — مَنَار, collectivum masculini generis, pro plurali vocis منارة, I ١٧, 12, H ٢٥, 11; vid. Gloss. Fragm.

نوشاذر vid. I ٢٨٨, 11, ٣١٣, 3, ٣٢٧ seq., H ٣٣٧, 4, ٣٨٣, Jacût, II, ٩٠٠, III, ٤٠٨, 10, Mas'ûdî, I, 347 seq.

نول VI, *comprehendit* nomen duas pluresve significationes, M ١١٦, 9, *Hidâya* ٢٨٩ اسم الدار يتناول العرصة والبناء في العرف, Baidhâwî, II, ٣٩٩, 2, Jacût, III, ٢٦٣, 12, Abû Ishâk Schîrâzî, ١٠٩, 8 على الصفة التي يتناولها العقد.

نبد. نَبِيذَة, cibus Aegyptiis proprius, de quo vid. de Sacy, *Chrest.* II, 25—28, Abdallatîf, 311, 316, 571, M ٧, 1, ٢٠٣, 16, ٢٠٤, 7, ٣٠٦, 2, Ibn Batûta, I, 102 (نبيدا).

نير. مُنَيَّر substant. H ٢٣٧, 13, Thaâlibî, *Latâif*, ١٢٩, 8, ut مُنَيَّرة, pl. ات, M ١٨٠, 17, ٣٩٥, 11, ٤٤٢, 13, ٤٤٣, 9. Imprimis Ray et Schirâz fabricatione huius panni excellebant (vid. quoque I ٢١٠, 2, H ٢٧٠ ult., Thaâlibî, ١١١). Vestimentum ex hoc panno confectum appellatur quoque مُنَيَّرة, Ibn Bat. IV, 12 (cf. tamen ann. editoris p. 453).

نَيْسَابُورِيّ, *in urbe Naisâbûr confectus*, epith. pannorum diversorum, M ٣٢٤, 8, Mowasschâ f. 91 v., الأُزُر النيسابورية, f. 121 v. الطيالسة النيسابورية et الملحم النيسابورية الجباب النيسابورية, f. 124 r. المقانع النيسابورية. Quoque *pannus ipse* e. g. Nowairî, p. 95 الثياب النيسابوري الرقاق.

هدى. اصحابُ الهُدَى, *orthodoxi*, M ٣٧, 17.

هذب II, *purgavit* جسمه في الطاعة, I ١٤٨ ult., H ٢٠٩, 18. Cf. Dozy, *Abbad.* III, 80.

هرس. Cibus هَرِيسَة optime praeparatur in Aegypto, M ٢٠٣, 16, in Merw, ٣١١, 1, ٣٢٩, 3 et in Schîrâz, ٤٣٠, 6. Imprimis Sûfii eum amant, ٤٤, 6, cf. Ibn Batûta, II, 89. Adulterationis substitutis carnibus caninis arguit M non tantum incolas Kastiliae in Maghrib, ٢٤٣, 14, sed quoque Aegyptios et Medinenses, ٤٠, 3 seq. Pl. est هرائس. Etiam sine

carnibus paratur, Cabbâb, Ms. 138, f. 78 r. — هَرَّاسٌ est generaliter *popinae dominus*, *popinarius*, M ١٢٩, 7.

هوعل et هيعلة vid. sub هع

هلى, vox qua sistitur equus, ut nostrum *holla*, M ٣١, 11. Proprie est *retro*, contrarium vocis قُدْم, ut in exemplis quae laudavit Fleischer, *Beiträge*, ad de Sacy, I, 447 (*Berichte der K. Sächs. Ges. der Wissensch.* 1874, p. 143).

هليات, species dactylorum in provincia Basrae, M ١٣٠ *p*, Abu 'l-Kâsim supra sub ابرهيمى. Est per linguam Aramaïcam (cf. Payne Smith 1011) e Graeco ἐλάτη (spatha palmarum apud Dioscoridem).

هَليلَج pro اهليلج M ٣٠٤, 10. Vid. *Mohît.*

همّ I c. على p. idem quod c. ب p. subintellecto القتل, *occidere eum voluit*, I ١٤٢, 13. Postea hinc accepit notionem adoriendi, vid. Dozy: *se jeter sur*, *attaquer.*

هَمْلَخْتٌ (Pers.), pl. ات, *ocrea*, M ٢٠٣, 8 et 14, ٤٤٣, 10.

هود. هُودَةٌ pro وَهْدَةٌ (aut pro هُوتَةٌ), *terra depressa*, M ٤١٤, 7, ٤٢٨, 13.

· هور V, *temerarius*, *stolide ferox fuit*, H ٧٠, 10; cf. Gloss. Edrîsî. *Faïk*, II, 661 تهوّك وتهوّر اخوان فى معنى وقع فى الامر بغير رويّة; Baidhâwî I, ٨٨ paen. والشجاعة بين التهوّر والجبن. — هور i. q. خَوْر (q. v.) I ٣٢, 4, ٨١ *i*, (ubi sic quoque L et O), ٩٤ *a* (= L), ٣٠٤, 3, H ٣٥٤, 4, Jacût, II, ٥٩, 7; هُورة H ٣٧, 8; pl. هُوراتٌ I ٢٣ *b* (= L), هوارات, I ٣٢, 3, H ٣٧, 18. Ibn Serapion hoc nomine, quod autem هَوْر pronuntiat, designat loca aperta inter arundines in stagnis Iracanis. Incipit sectio صفة البطيحة (Ms. Mus. Britt. f. 40 r.) his verbis: وذلك ان اوّل البطيحة القطر وهو زقاق قصب نابت وبعده هور والهور هو ماء كثير ليس فيه قصب.

هول. Verbum هال synonymum est verbi راعَ et ut hoc significat *admiratione affecit*, tum de re ingenti, stupenda, tum de re grata sensu *placuit*. Dicitur هالت المرأة بحسنها (*Miçbâh*) et talis mulier formosa appellatur هُولَةٌ. Eadem significatione in usu est هَوَّلَ, nam proprie dicitur قد هَوَّلَتِ المرأةُ بحُلِيِّها وزينتها اذا راعَتِ الناظرَ اليها (*Fâik*, II, 661 et *Kâm.*

in explicatione vocis هَوْلة), et hinc التهاويل sunt omnes res, *colores*, *monilia* cet., quibus se comat et parat mulier et quibus pilenta ornantur. Docet Zamakhscharî in *Asâs:* وزيّنت بالتّهاويل وهى النّقوش والألوان تُهوّل مَن نَظَرَ اليها كما يقال شىءٌ رائع ولو ابصرته لَراعَك وهو يَرُوع بجماله وقل بشر وذكر الظعائن .

عليهنّ امثالُ الخُدارىّ خِلْقَةً من الرَّيْطِ والرَّقْمِ التَّهاويلِ كالدَّمِ

Et Harawî in *Kitâb al-Gharîbain* explicans التهاويل in traditione per *varii colores* addit: ومنه يقال لما يخرج فى الرياض من الوان الزهر والشقائق التهاويل ولما عُلّق على الهوادج من الوان العهن التهاويلُ. Significationem *flores* iam ex *Hamâsa* annotavit Freytag, significatio *panni colorati qui insternuntur pilentis* lexico addatur. Hinc tropice تهاويل sunt *commenta*, *fabulae ineptae*, ut apud Jacût, I, ٢٦٢, 9 اكثرها (الاخبار والاحاديث) باطل, ٢٩٣, 18 قصّة طويلة ذات تهاويل وخرافات, وتهاويل لا يقبلها الّا جاهل, II, ٧١٠, 7 وهذا من تهاويل النصارى ولا اصل له, et verbum هوّل est *commenticia protulit*, *fucavit*, Bîrûnî ٢٣٨, 19, Jacût, I, ٣٦٣, 3. A verbo هال significatione supra illustrata, adiectivum (proprie n. agens) هائل derivatum est sensu *insolitus*, *formidabilis*, *magnus*, *magnificus*, *splendidus*, M ٨٢, 6, ٢٥٢, 19, ٣٥٧, 4, ٣٥٩, 17, ٣٦٠, 8, ۴۴۴ *i*, Jacût, I, ١١٣, 13, ٢٦١, 5 (اخبار هائلة), ٢٦٢, 12, III, ٢۴٩, 3, Ibn Batûta, I, 410, III, 150, 220, 271, IV, 298, 375 cet. Denique lexico addendum est verbum استَهْوَل s. استهال c. acc. *admirari aliquem* vel *aliquid*, ut Agh. II, ١٨٣, 1 فلما راوا فاستكثر ذلك ابن الاعرابى واستهاله, VIII, ٢٠, 9 a f. هلّالا استهولوا خلقه وقمته فما هو الا ان سمعه فستهوله واُترج كلّ, Makkarî, II, ٨٩, 5 وعاجب منه غناء سواه واحبّه حبّا شديدا.

2 appellatur quoque المنصورة, Jacût IV, ٦٦٤, 9 seqq. L قهندز وليس بعامر, F وانرا قهندزى در قديم نموده است اما بروزكار ما خراب شده است.
٣٠١, 3 L نهر يسمى حردور.
8 et *f* L عارادحسه. Deinde habet ثم يكون منها ستة فراسخ الى مدينة F et O quoque distantiam addunt, vid. H ٣٥٢ *e*.
12 l. ويتشعّب. Pro يجرى خمسة فراسخ, L يصير بفرسخين. F et O quoque دو فرسنك.
13 et *l* L كريه.
٣٠٢, 2 et *b* melius جيت (L حيب).
3 l. كرجانج, vid. *Das alte Bett*, 64 (L كراع).
٣٠٣, 4 L (ut C) وعرض الكاوخوارة فرسخين.
8 L بحذاء حب بفرسخ فى الجانب. In textu videtur legendum من المفازة, *Das alte Bett*, 91, ann. 1.
9 pro الا انها من L habet الانهار......

10 L حنب بين ما ويقطع كردن من يجرى. — 11 et 12 l. مرداخقان.

٣٠۴, 3 et *c* L وبوفسه. — 4 pro وببن i. e. وبين potius l. من.

5 et *d* L, F et O quoque عشرة. — 8 et *f* L حعراعس.

9 pro وعو L وهو. — 10 pro مائة F بنجاه. Pro مغيص L مفيص.

12 post خروق L addit تحت الارض.

٣٠٥, 1 F ودر خلقت از اهل خراسان نحيفتر مى باشند.

5 et *b* L والثعالب الخزية, F et O روباه (وموى) وبوست.

6 L بكورة pro فى كورة. — 7 L كور خراسان وما وراء النهر.

9 l. نوكحكث vid. M ٢٩٧ *b*.

g L بهذا البناء المشتبك من القصور — والمحال المفترشة والسكك النح.

12 et *l* L قفار, F جاى خالى. Cf. ٣١٢, 4; *m* L على خاص القصبة.

14 ante سور L addit لها. — ult. L قهندز — متصل بها ومقداره. F بشهر بيوسته وان نيز قهندزى منيع وحصين است.

٣٠٦, 3 L مدينة بناؤها اشدّ اشتباكا.

6 et *h* L et F quoque بحذاء, O وتا حد بيكند در آبكير افتد برابر بيكند بجائ كه انرا سام كاس كويند.

٣٠٧, 3 et *a* L بعاسكون. — 4 et *c* L حداسرون. — 5 L قنطرة خراسان.

6 et *e* Jacût IV, ٣٨٠, 2 legit ماخ (L s. p.).

6 *f* L s. p.; *g* L, F et O quoque هاشم.

10 l. فشيرديزه vid. H ٣٥٧ *a*. L فسرده.

11 pro جوبار L et F legunt جويبار.

٣٠٨, 1 L فوهة. — 5 et *e* L الفرازين, F العرازين, L من هذا النهر.

6 pro وهو l. وعو. Pro واعم L ut H واعمر.

7 et *g* L بعروعسج, L بعروعسج. Post العارض مسجد L inserit ايضا.

8 pro بجويبار يعرف l. نحو جويبار ut recte L et F, vid. H ٣٥٧ *m*.

9 L ut H ياخذ من النهر فى المدينة; *k* L خمع. — 10 L ويفيض.

٣٠٩, 1 et 3 pro كشنة l. كَسْبَة.

2 post كثيرة in L desunt folia usque ad ٣٢٣ paen.

ult. l. واندبان, vid. H ٣٥٩ *h* et fort. وكندمان.

٣١٠, 3 pro ورامند fort. l. ورامينثنة.

٣١١, 4 et 5 pro كشنة l. كَسْبَة. — 5 et *d* Ibno 'l-Athîr, IV, ۴٢٢ رامثنة.

10 et *h* pro اوبوقار cum F videtur leg. ريوقان.

11 et *k* F et O s. p.

13 et *m* F رقاع, O رفاغ. Non differre videtur ونوفاغ apud Jacût, IV, ٩٤٢, 2.

٣١٤, 5 post وحدها F addit دران منبر نيست (لا منبر لها), O habet كي روستا ندارد ليكن.

٣١٦, 11 ante ولها F addit وكس شهرى خوش ونزه است.

14 pro كله — ووجه F ودر قعر ان رود سنكها بزرك بيكديكر متصل ساخته است.

٣١٧, 1 O سرطاق et habent deinde وجوى ارزيز بر سر انست ودكانهاى اين بازار بسيار آنست كه بر عمارت اين جوى وقف كرده اند. F غلات vertit per عمارتهاى.

4 pro بين وبين O habet زبر (تحت), sed F ante بينه inserit زيرتر از قهندز موضوع است ut H ٣٦٦, 13 اسفل القهندز.

4 seq. et *e* O ودر شارستان ازين رود ارزيز جويها وآبها بر خيزد كه باغ وبوستانهارا آب دهد. — 8 l. كُوَّك.

٣٢٠, 10 l. بوزماجن vid. H ٣٦٩ *m*.

٣٢٢, 7 l. بوزماجن.

٣٢٣, paen. Hic desinit lacuna L, sed hinc textum ampliorem habet, dabo igitur collationem ad textum H.

٣٢٥, ult. Vera lectio videtur esse ارسبانيكث, vid. M ٢٦٣ *c*.

٣٢٧, 4 videtur legendum سرسنده, ut quoque L habet; vid. H ٣٨٠ *r*. Cum lectione سرسنه conferatur راغر سرسنة apud Jacût, II, ٧٣٤, 8, quod iterum apud eum occurrit, II, ٩٠٧, 12 sub forma زاغرسوس.

٣٢٨, ult. L وقصبتها سكث ولها من المدن السكث. Cf. M ٢٦٤, 3 et 6 البيكث.

٣٢٩, 1 et *c* L وسبيغوا. — l. كندراك, est *Kundurak*.

2 et *n* pro غدرانك praefero nunc نحدوانك, vid. M ٢٦٤ *n*. L om.

٣٣٠, *f* L وحنعوبكث.

٣٣١, 1 et *a* L وتكالك. — *d* L سكالب. Deinde وبالحاش وبربكث وبالان.

٣٣٢, 1 L وخاس وخركالث.

٣٣٥, 2 et *b* L في رباط صرت. — 4 et *e* L, F et O اوركند.
6 post رشتان L مرحلة كبيرة. — ult. pro ٧ L تسع.

٣٣٦, 4 et *c* L, F et O قطران (قطران) دره. — 6 pro نزلت L الى انقلبت.
e pro بئر L et F بسق. Pro الحسين iidem الحسن. Pro حميد L حمد, F حسب, O كسد.
ult. et *f* (sic l. pro *g* et deinde *g* pro *h*) L وقنكرد, F وقسكرد, O فكرد. — *i* L, F et O سكب i. e. بنكث, mappa F نوكث, O نوكب.

٣٣٧, 1 et *a* L s. p., F نعرّب, O انقرن. — 2 L لا لان يومان.
7 et *f* L مباركاك. Deinde ut quoque F على مرغ.
8 post ديدجى (L الزبدان) L recte addit ut quoque F مرحلة ومنها.
ult. et *l* L اوبك.

٣٣٨, 1 post تعبر insere cum L, F et H جبحون.
5 L h. l. om. مرحلة et l. seq. habet مرحلة عامرة.
11 videtur legendum سيفاية, vid. supra ad ٢٨٤.
11 et 12 L, F et O quoque ponunt حكربند (L خركرند, F حلكبند, O حرسند) post درغان. Iure ut videtur, cf. *Das alte Bett*, 95, ann. 2.
12 et *h* L, F et O سدون.

٣٣٩, 3 et 4 F habet بر رود حرباب دو منزلست واز ميل تا قنطرة الحوالى شش منزل واز انجا تا وحساب دو منزل O eadem habet quae E, sed addit وتا وخشاب دو مرحله. In L plura desunt.
5 post مرحلة F addit بكشتى مى روند.
11 pro برسان l. بربان, vid. H ٤٠١ *g*.

٣٤٠, 4 القلعة operae pretium est conferre observationem quam Yule fecit de Kal'a Kum in *Journ. As. Soc.* 1873, VI, 98.

٣٤١, 2 et *a*. Cf. M ٢٦٨ *i*.
10 l. درخاس (درخاش) = خاس (*Das alte Bett*, 79) ut urbs تل in Sedjestán quoque درتل appellatur.

٣٤٢, 2 l. مزداخقان. — 9 et *d* L نوىحكث. — 10 L h. l. كرمانية.
14 et *g* L بارکث.

٣٤٣, 12 videtur legendum وارسبانيكث.

ult. et *o* L, F et O quoque سبعة. Deinde L ٣ على مقدار.

٣٤٤, 5 et *f* L درسانكت.

6 et *g* L زالنكت, F دالسكت, O زالنيكنت. Post *h* explicit O ultimo folio deperdito.

7—8 L corrupte على طريق نكت ونكت قصد ايلاق برل من نكت كه بر راه نكت ونوكث است شهر بزرك وقصبه على فرسخين, F ايلاق است واوّل از نكهت (نكت ?) واسونكت يك فرسنك.

8 et *l* L et F بالان. — 9 et *o* L نونكث, F نونكت.

ult. seq. L فيما يلى المشرق وطريق فلاوان على طريق سرك من نكت الخ.

٣٤٥, 2 legendum videtur وتمدوانك pro وغدرانك.

4 et *c* L اسغوا, F سغو. — 5 et *d* L ورسامسك, F وسامسك.

8 L ربلخ, F اربلخ. — 11 L et F وكنراك; l. وكندراك.

ult. et *n* L حومانكت, F حومانكث.

٣٤٦, 1 Post مرحلتان explicit L hac subscriptione وهذا اخر ذكر الاقاليم المصورة. Exaratus est Codex anno 589.

i pro *Est urbs provinciae Schásch* l. *Alia eiusdem nominis urbs iacet in provincia Schásch.* — ult. l. فراسخ. Pro v F ٩ (نه).

٣٤٧, 2 pro باراب F باب (ناب). — 6 pro v F ٩ (نه).

٣٤٨, 1 pro v F ٩ (نه) habens primum بسلاب, deinde ودر شلاب ونساكند منبر نمى باشد.

Ibn Haukal.

١١, 17 male hic et deinde, secutus nonnullos Codices Istakhrîi recepi الخزجية, scribe الخَزَلَخيّة. Vid. Quatremère, *Hist. des Mongols*, 52 et cf. Jacût, III, ۴۴۹, 3, Mas'ûdî, III, 254, Kazwînî, II, ٣٦٥, 9 a f., ٣٩٢. Auctor operis *Mafâtîh al-Olûm* qui in Chowarezmia scripsit saeculo quarto f. 37 r. distincte sic scribit in verbis: (sic) حَبّويه ملك غَزنَة وكذلك ملك الخَرْلُخيّة يسمّى حَيويه. Quoque القارلخية appellantur e. g. Ibno 'l-Athîr, XI, ٢٠٥ secun-

dum A. Codd. Ist. F et L saepe recte scribunt nomen, ut Codd. Ibn Hauk.

١٤, 5, 10, 11, 18, 19 et ١٥, 7 eadem correctio.

١٩, 16 seqq. Khazradjî, *Histor. Jeman.* Cod. 302, p. 79 haec habet ex Omâra (+ 569), qui usus est nostro et haec refert ad annum 366. Patrem principis Ishâki memorat Mas'ûdî, III, 35.

٢٠, 9 post ومواصلته P addit: قال كاتب هذه الاحرف دخلتُ عدن سنة ٥٤٠ وكان العميد بها بلال بن جرير والمشرف عليه خالى احمدُ بن غياث من قبل سلطانها محمد بن سبا وكان ضمان عشر المراكب فحسب مائة الف واربعة عشر الف دينار مرابطيّة وهذا اكثر ممّا ذكره مصنّف الكتاب باضعاف قال المؤلّف ويتلوه الخ. Obiit hic Ibn Djarîr anno 545, Mohammed ibn Sabâ anno 548 (sec. alios 549 s. 550). Vid. Khazradjîi *Histor. Jeman.* Cod. 302, p. 71 seqq.

٢٢, 3 *Gerra*, vid. Sprenger, *die alte Geographie Arabiens*, p. 132, 135.

5 l. قبلىّ.

٢٤, 13 post الحرام P haec inserit: وكانت لعبد الله بن جدعان التيمىّ وكان يملأُه بالفالودج وله منادٍ ينادى عليها فى الموسم هَلمّوا (sic) الى الفالودج وفيه يقول الشاعر

له داعٍ بمكّة مُشْمَعِلٌّ   وآخر فوق دارته تنادى

Deinde pergit ومن وقف الخ.

٢٥, *e* Cf. quoque Jacût, IV, ٣٩٢, 1.

٢٩, 19 l. potius الشام sine *hamza*.

٣٠, 13 l. الخرخية. — 16 post يتوغل fort. ins. فيه (فيها).

٣١, ult. l. الجَمسن.

٣٢, 15 post اعمال عمان P addit: وطول بلادهم اربع مائة فرسخ قال كاتب هذه الاحرف ان المستولى على هذه البلاد لمّا دخلتُها فى سنة ٥٤٠ والمتحكّم فيها احمد بن منجويه وكان دار مُلْكه بمِرْباط وهى مدينة صغيرة على شاطئ البحر وعلى مسيرة يوم ونصف منها مدينة ظفار وهى ايضًا له.

٣٩, 11 ut piratae القطريّة ab insula Katar nomen habent, sic forte الصغرية ab ea insula quae apud Jacût sub formis شُفَار et شُقَار memoratur.

12 post مرابطون P haec addit: قال كاتب هذه الاحرف اجتزتُ بعبادان سنة ٥٣٨ وهى جزيرة فى وسط الدجلة (l. دجلة) وماء الفرات عند مصبّهما فى البحر واختلاط ماء البحر بهما وفيها رباط يسكنه جماعة الصوفيّة والزهّاد وليس بينهم المراة (l. امرأة) البتّة وفى هذه الجزيرة مسجد من [جانب] شرقىّ (l. الجانب الشرقىّ) وفيه ودائع وامانات غير مسلّمة الى احد من الناس وقد قرّر الجماعة بتلك البقعة انّ كلّ من اخذ من عبّادان شيئًا على سبيل الخيانة والسرقة فانّ السفينة تغرق لا محالة بزعمهم حتّى انّهم قد رسّخوا فى قلوب الناس انّ تراب عبّادان ان حمله احد بغير امر اولئك الجماعة فانّ تلك السفينة الّتى فيها من ذلك التراب تغرق وليس كما زعموا، وبعبّادان بئر يزعم الشيعة انّ الرجل اذا وقف عليها واقسم على الماء بكلّ اسم خلق الله فانّ الماء لا يتحرّك فاذا اقسم عليه بعلىّ رضوان الله عليه فانّ الماء يفور ويصعد الى شفير البئر فمضيتُ الى تلك البئر واقسمتُ عليها بما زعموا فوالله ما تحرّك ماؤُها ولا تزعزع من موضعه ففكّرتُ وقلتُ هذه الجزيرة فى وسط الماء وهذا الماء فى اليوم والليل (l. والليلة) يمدّ ويجزر مرّتين ومادّة هذه البئر من ذلك الماء ولا يبعد ان يتحرّك الماء فى البئر عند الزيادة وقد أَنْفَقَ (l. اتّفق) فى تلك الساعة من لا يهتدى الى حقائق الاشياء، امّا المدّ والجزر فانّه من اعجب الاشياء وذلك انّه يبتدئُ بالمدّ عند طلوع القمر ولا يزال يتزايد الى ان يصير القمر فى وسط السماء ثمّ يبتدئُ بالجزر الى ان يحصل القمر فى افق المغرب ثمّ يبتدئُ بالمدّ الى ان يصير القمر فى درجة (l. الدرجة) الرابع الى (supplevi) وتد الارض ويبتدئُ بالنقصان الى وقت طلوع القمر ويعود فى الزيادة وتختلف اوقاته باختلاف طلوع القمر ومغيبه فتبارك الله احسن الخالقين، نعود الى نسخة الاصل، ثم يقطع عرض النخ.

٤٠, 7 post حارة جدا P haec addit: وتعرف بالتيز وهى مساكن بين جبلين فى شعب ممتدّ وصلتُها سنة ٥٣٩ وكان عميدها اذذاك محمّد ابن المرزبان من اهل شيراز الملقّب بصاحب السيف والقلم ولعمرى انّه كان مستحقًّا لهذا اللقب اذ كانت له اريحيّة حازميّة ومروّة حاتميّة واهلها ذو (ذوو .l) مروّة ظاهرة ورياسة كاملة وكان بها عدّة من التجار ذوى اليسار من جملتهم رجل يعرف بحسن بن العبّاس له مراكب تسافر الى اقصى بلاد الهند والصين ومبلغ مضاربيه (numerus deëst) وكان له غلمان زنوج يضربون على باب مسجده خمس نُوَبٍ فنُقل ذلك الى ملك كرمان وهو محمّد بن ارسلان شاه فقال لو ضرب خمسين نوبةً لما اعترضتُ له رجلٌ يتحصّل فى خزائنى من مراكبه فى كلّ سنة نحو من مائة الف دينار وانافسه فى الريح الهابّة، عُدْنا الى الصفة والشرح، ثم يسير الخ.

٤٤, 7 l. يدّخر.

٥١, 18 pro كثيرة l. كثير.

٥٦, 14 l. يغرون ويَنْسبون. — 15 l. شيًّا ما.

٦٧, 18 l. مدينتين.

٧١, 11 l. قويّة.

٧٣, 5 وادركتُ. P habet: اما الاندلس فهى من نفائس جزائر البحر وجلالة القدر قال مولّف الكتاب دخلتها سنة ٣٣٧ والقيّم بها عبد الرحمان بن محمد الخ.

18 l. وتغلب sine *taschdîd*.

٧٨, 10 l. بآيين.

٨١, 2 et 17 probabiliter scribendum est والمخلّفين et ومخلّف.

٩١, 10 fort. l. شبرو الى مينا vid. M ٥٤ *l.* — 20 fort. l. شبرو الاو, vid. ib.

٩٢, 2 eadem correctio.

٩٨, 3 Ad h. l. P habet: قال كاتب هذه الاحرف زعم مولّف الكتاب انّ النيل لا يعلم احد مبتدأه وانّه يخرج من مفاوز ورآء بلاد الزنج وقد رايتُ فى رسالة جغرافيا انّ مبدأ النيل بطيحتان مدوّرتان

يصبّ الى كلّ واحدة خمسة انهار من جبل القمر ويخرج من هذين (هتين .l) البطيحتين من كلّ واحدة اربعة انهار الى بطيحة مدوّرة فى الاقليم الاوّل قطرها جزءان ومركزها عند طول نج (sic) والعرض من الاقليم الاول ب ♀ ثم يخرج من هذه البطيحة نهر هو نيل مصر اليه (ويصبّ اليه .l) نهر يجرى من عين تخرج من خطّ الاستواء عند طول نط ♀ ويأتى الى قريب من بلد النوبة فيقسم قسمين يصبّ احدهما الى النيل عند طول ىح ♀ والعرض عند نو ♀ فى الاقليم الاول والثانى مصبّه فى الاقليم الاوّل عند طول نا ♀ وعرض ىح ♀ ثم يمتدّ ولا يزال ينعطف انعطافات كثيرة ليس هذا موضع شرحها حتى ياتى الى اسوان ثم يمرّ الى مصر مماسًّا لها عند طول ند ♀ والعرض كط ♀ ثم يتفرّق من مصر فى سبعة خلجان الى البحر الاوّل الى الاسكندريّة عند طول نا ♀ والاخر عند طول ىح ♀ والثالث عند طول ىحل والرابع عند طول ىحم والخامس عند [طول] ىحن والسادس عند طول ندك والسابع عند طول ندل كما نصوّره فى الصفحة الاخرى من هذه الورقة والله الموفق. Numeri passim corrupti sunt. In Cod. 193, f. 39, v., 40 r. eadem in extenso leguntur cum mappa (cf. Catal. III, p. 129).

١٠٦, 8 شُبْرَة est شَبْرَى الخَمَّارة s. شَبْرَى الخيمة.

١٠٧, 3 De hisce pellibus, nunc *Astrakan* dictis, vid. Petermann, *Mittheilungen*, 1874, p. 126, Polak, *Persien*, II, 97.

١٠٩, 6 l. الخرخية.

١١٨, 4 Ibno 's-Schihna Cod. 1444, f. 54 r., ubi additur testimonium al-Mohallabîi: ويكنيه اهل الخلاعة ابا الحسن. — 9 locum de Kinnasrîn idem transscripsit f. 65 r., ubi libro nostro titulum dat جغرافيا.

١٣٦, 12 l. النصرانية.

١٣٩, 13 pro المنخرق Dimaschkî ١٢٢, 7 et ١٩١, 7 المتحرّق.

١٤٤, 8 l. والاويّة, vid. ٣٦٥ *b*.

١٤٥, 16 et ١٤٧, 4. Cum Nöldeke opinor legendum esse باعدرى(ا) licet forma plena et antiqua sit بانهدرى (בית נוהדרן). Cf. quoque Jacût, IV, ٦٨٣, 16, Aghânî, VI, ٨٧, 9 باعدرا وهى اجل كور الموصل.

١٤٧, 5 l. الى المزارعين (pro من).

١٥٠, 14 pron. الجَحْشيّة secundum Jacût, II, ٣٥, 14.

١٧٦, 6 locum laudat Ibn Khallicân ed. Slane, p. ٦٧٤, ubi العمائر.

١٨٢, ult. et *r*. Incolae Nâbendi navigationi incumbebant. Vid. Kazwînî, II, ١٣٠, 5 a f., ubi pro النامدية l. النابندية.

١٨٤, 8 l. والمادَوان et pro حشوا l. خُسو.

١٨٥, 11 l. بالزمجان.

١٨٩, 22 pro كاوشيذ l. كاوسَر.

١٩٦, 10 l. شقّ.

٢٢٩, 5 l. مربّع.

٢٣٢, *i* l. جدران.

٢٣٤, 16 Cf. Jacût, IV, ٢١, 11 cum I ١٨٠, 1.

٢٤٠, 5 السير fort. l. اليسير.

٢٤٩, 8 l. وجزيرة باب الابواب, vid. ٢٧٧ *f* et ٢٨٢, 16.

٢٥٦, 1 lectio القدار quoque bona est.

٢٥٨, 3 pro نارستان vera lectio est بارسين.

٢٦٩, 9 l. ألّهمّ. — 14 ad lectionem باطاق pro باب طاق cf. I ٨٣ *p*.

٢٧٤, 17 l. كلارك.

٢٩٣, 1 pro وشعث l. وشعب, vid. M ٤٩٤ *c*.

٣٠٤, 15 pro السب l. البستك.

٣١٠, 15 pro ميل l. ربع فرسخ.

٣١١, 6 pro شيرين l. سپريس. — 14 l. باحل sine و.

٣١٣, 5 pro وبزدغور l. وتروغوذ.

٣١٥, 10 pro وخوزان l. وحوزان.

٣٢٢, *d* فرعون. Intelligitur فريغون.

٣٢٣, 1 l. بابشين. — 3 l. ببليكان. — 5, 7 et 8 l. ابشين.

٣٢٨, *a* l. ارسعمر.

٣٢٩, 11 pro والشاش ايلاق l. لبان وسوس.

٣٣٠, 2 accuratius foret الّا آبارًا ومراعىَ ut quoque apud I ٢٨١, 5 a f.

٣٣٣, 13 l. سيفايه.

٣٣٥, 3 l. الطالقان. — 10 et 13 et ٣٣٦, 17 l. الخرخية.

٣٣٧, 14 l. القرطاسية sine و, vid. Gloss. sub. قرطس.

٣٣٩, 14 l. وحبّاب et ann. r l. حباب.

٣٤٠, 2 l. الخرخية.

٣٤٩, 9 l. والسقينة.

٣٥٠, 9 et f. Cf. Jacût, III, ٣٩٣, 19.

٣٥٢, 11 كوجاغ l. كرجانج. — l pro Cod. E l. F.

٣٥٨, 5 et ٣٦٠, 10 l. كَسْبَة.

٣٧٠, e. Cf. Ibno 'l-Athîr, V, ٧٠, 8.

٣٧٥, 11 pro h l. i et in ann. pro g et h pone h et i.

٣٧٦, 4 l. ينسب.

٣٧٩, 2 et b *Sutruschna* est nomen antiquum (Ritter, VII, 563, 570, 647). — 7 l. ارسبانيكث.

٣٨١, 1 ad h. l. cf. M ٢٧٧ r. — 7 et l Cod. L Ist. عليه قباب للسبيل.

10 et o Cod. L Ist. جليلة. — ult. pro والجليد — جيّد Cod. L والتربة — جيّدة ut F.

٣٨٢, 7 et f Cod. L وبرباذعام. — 8 et l Cod. L quoque البرد.

٣٨٣, 2 post منه Cod. L insert وهو. — 7 Cod. L احتقن ut Jacût.

٣٨٥, 4 l. وكندراك. — 5 l. ونمدوانك.

٣٨٦, a Contuli nomen جيغويه, sed addendum est illud alibi scribi جبغويه e. g. IV, ٤٣١, cf. ann.

g Nomen urbis inter اربيلخ et نموذلغ in mappa Mok. scribitur ابولغ.

٣٨٦, ult. Cod. L post المدينة inserit: وللمدينة الداخلة سور آخر ملاصق للسور غير محيط به وعليه ثلاثة الخ.

٣٨٧, 1 et a Cod. L اللش; b Cod. L الحديد. — 2 et d Cod. L بباب احمد.

3 et f Cod. L باب كرة. — 4 l. كرمابج (Cod. L كوابح).

i Cod. L راسدىحاف (apud hunc haec porta est nona).

6 m Cod. L ووعكب, n id. حامكب. — 7 p id. بالردىحارا.

٣٨٨, 3 Cod. L مفترشة. Idem بسابلع. — 5 et d Cod. L واذا جزت.

8 l. الخرخية (Cod. L الحكليه). — 9 et m Cod. L في بلد بحاكث.

ult. et s Cod. L وحدّ لها الى نهر.

٣٨٩, 3 et 4 Cod. L ut Abulf., 4 pro جبل Cod. L جبال.
9 et *l* Cod. L quoque ودمكب.

٣٩٠, 3 Cod. L فى المدينة الداخلة وفي مدينة على غاية لخصب والسعة.
6 et *h* Cod. L om.; *k* Saepe سيرام appellatur, sed cf. Quatremère *Masâlik al-absâr*, 226 seq. ann. — 7 et *m* Cod. L كساحده. Quatremère l. l. 225 ann. et 234 كنجك. Cod. L hic et porro باراب pro فاراب.

٣٩١, 6 et 11 l. الخرخية.

٣٩٢, 2 pro كند Cod. L كثه, ceterum habet ut C et Jacût.
5 Cod. L وهو بلد يضيق عما يقيمهم فى الزرع.
7 Cod. L فى نهر الشاش.
ult. Cod. L سمكند. — ann. *u* dele »= جكل", vid. M ٢٦٣ *n*.

٣٩٣, 1 et *a* Cod. L على جانبيه. — 8 Cod. L وهو عريض الموضوع.
10 pro نحو فرسخ Cod. L خمسة فراسخ.
11 post *i* Cod. L addit بقربه — 13 et *l* Cod. L اكثر من الثلث فراسخ.

٣٩٤, 1 et *a* Cod. L الرهانه. — 5 post اخسيكث Cod. L addit فى الكبر.
6 Cod. L الا ان قهندزها خراب ومسجد الجامع.
9 Cod. L وللمدينة ربض وعلى الربض سور.
10 et *k* Cod. L مرقب الاحراس على الترك.
11 Cod. L اربعة, habens وباب المدينة محصنة. — 12 Cod. L دار الحرب.
13 Cod. L محصنة. — ult. et *p* Cod. L اكثر من قرى فرغانة.

٣٩٥, 2 Cod. L نسا et بسا. Idem واورشت et deinde tantum واسب.
3 Cod. L h. l. السفلى, l. 5 العليا.
4 Probabiliter سُوخ est scribendum, ut habet quoque Cod. L, nam est Such apud Baber (Ritter, VII, 734), Soch apud Petzhold, *Turkestan*, 32. — 5 et *h* Cod. L مرغسان.

٣٩٦, 1 Cod. L على حده فى الجبال (l. حدّة). Pro جليلة habet جبلية ceteris om.

٣٩٧, 3 Cod. L وفى جبال اسبره تخرج النفط والحراعسك والفيروزج والحديد والصفر والذهب والانك.
4 Cod. L حجارة سود تحترق كما يحترق الفحم تباع ثلثة اوقار بدرهم فاذا احرق اخذ رماده فيستعمل فى تبييض الثياب ولا اعلم فى بلدان الارض مثل هذا.

5 Cod. جبال قطعة منها سوداء وقطعة حمراء وقطعة بيضاء الوان مختلفة. Aspara in Codd. constanter اسبره scribitur, nec video cur Defrémery in *Journ. des Sav.* 1873, *Sur les Mémoires de Baber*, p. 16 praescribat اشپره cum ش.

٣٩٨, 1 seq. Cod. L والكولكان الذى يكون بنواحى اسبيجاب et deinde ويقع من باب اوزكند من بلد الترك النوشاذر الذى يرتفع من جبال البتم.

٤٠٢, 13 l. مزداخقان.

٤٠٥, 5 l. كندراك.

Mokaddasî.

٢, 20 l. المعصبية sine *taschdîd.*

٥, *a* l. 6 l. الحرفى.

١١, 17 Thorbecke proponit فتجاذبان.

١٣, 3 l. الجخوار, vid. Gloss. in v.

13 quod edidi بنسب revocandum videtur. Von Kremer suadet legere بسيف, sed Cod. habet certissime بسب. Forte l. التى تنسب الى, nam vulgo dicitur خشبات البصرة, e. g. Mas'ûdî, I, 330 seq., Bekrî Ms. Schefer, 161.

١٥, 1 verba يعنى يسار البحر transponenda sunt post الاخرى l. 2.

٢٠, *i* pro فيلقى l. فتلقى.

٢٢, *q* lectio الاكام servari potest et est revera antiquior (Nöldeke).

٢٤, 7 الاسامى i. e. اسامى الاشياء.

٢٦, *b* dele verba »quae ad aliud nomen pertinere videntur''.

٢٨, *t* بنطيوس est lapsus calami pro تقيوس.

٢٩, 9 pro تنبع عيونا l. وينبع بالحجاز.

٣١, 9 l. أكْلَة v. Gloss. — 10 pro هدبيها l. هدّنيها, v. Gloss. sub كركر. Videtur pronunt. أُنْقِصَ زَوَرِ, v. Gloss. sub زور. — 13 repone شرته.

٣٢, 8 l. بلاغتنا. — 10 potius الانهاء (Thorb.). — 11 l. والتشفيف.

٣٣, 15 pro ويمصر l. وبالبصرة.

٤٠, 8 l. بنسا. — *d* pro والسندة l. والسذة. Vid. Gloss. Dele igitur verba: »Pro — عبد'' (Nöldeke).

۴۹, 3 potius لتباين الصحة وتنحاز (Thorb.).

٥١, 3 l. أَلْهَمُ. — 14 pro سبه l. بوسنه et l. نواح.

٥٣, 6 pro الجهنة l. الحمصة et dele ann. *c*.

19 دريجان l. دزريجان. — 20 l. عبدس.

٥٩, 5 quae de longitudine dicuntur quoque absurda sunt.

٦٠, 14 l. الاقليم. — 16 pro مائة l. مائتين.

٦١, 8 pro سبعة l. ستّة.

٦٣, 6 post الجبال dele signum ،. — 14 وخراسان melius الى خراسان.

٦٥, ann. l. 11 l. مخْلَطًا.

٦٦, ann. l. 15 l. والتابيد.

٧١, *w* l. والمرندجة, vid. Gloss. sub رندج.

٧٢, 11 l. والسّكر.

٨٢, 11 l. وآثارات.

٨٣, 3 l. مفوّه.

٨٥, 4 المغرب l. الغرب.

٩١, *n* Male h. l. laudatur Jacût. Debuerat fieri in ann. *e* ad عُتّة.

٩٤, 4 verba فى البحر transponenda sunt post اوال. — 16 l. والعُمَق.

٩٨, 6 l. خطرًا. — ann. *g* l. *hanc* pro *hunc*.

٩٩, 2 pro مجوع *Aghânî* IV, ١٨٧, 7 من بعده.

١٠١, 10 pro أُسر l. أُسْرِعَ.

١٠٢, 3 l. الآيب, vid. Gloss. sub اوب.

١٠٥, 2 et ١٠٩ ult. Ibn Djobair vv ult. القُرين.

١١٢, 3 pro تاخذ من l. تاخذ الى s. الى مكة من تاخذ.

11 pro طريق melius foret طرق.

١١٣, 15 pro Codicum بقربه l. يقرّ به.

١١٤, 9 et *m* Nöldeke: »Die Zusammenstellung mit Spasini-Kharax ist schwerlich richtig. Auf der Palmyr. 5 heisst dies כרך אספסנא (Arab. كرخ ميسان). Bei der Beliebtheit der Wurzel נסס im Aram. liegt es nahe, irgend eine davon gebildete Form anzu-

nehmen". Karabacek formam السامية tuetur quam in monetis invenit, *Numism. Zeitschr.* 1876, VIII in recensione operis Poolei »Catalogue of oriental coins", p. 3.

١١٥, 3 l. عَبْدَسْ.

١٢١, ult. l. وعَبْدَسْ.

١٢٨, 4 l. فمثل اخى.

١٣٠, *p* paen. l. الابرحيمى, البرناج et الجيسوان.

١٣٣, 7 illud قز ridiculum esse, debueram notare. Desumpta haec sunt ex Ibn Khordâdbeh, ubi est وجباه.

١٣٤, ult. l. باحَمْشا.

١٣٦, 12 l. الحَرْبُى.

١٤٠, 12 الرقّة false pro قرقيسيا. Videtur auctor confundere fluvios Khâbûr et Balîkh.

١٤٤, 15 l. تدبير.

١٤٧, ult. l. ابوابهما.

١٤٩, 8 Legimus Agh. XII, ٨, 12 قرية بين آمد وسميساط يقال لها تل خوم. Lectio autem حوم quoque confirmatur nomine pagi in Palaestina (Juynboll ad Merâcid, IV, 489).

n Nöldeke: Die Uebereinstimmung mit dem untern *Birtha* (des Ptolem.) ist sehr unwahrscheinlich, da sich Mok. hier an die östliche Ufer des Euphrat hält, während jene Stadt am westlichen Ufer lag, was nicht blos durch Ptolem., sondern noch weit sicherer durch die Militärstation »Contra Birtha" in *Osrhoene*, Notit. Dignit. or. Cap. XXXIII bezeugt wird. Die Orte, welche aram. בירתא hiessen, scheinen arab. auch immer (ال)بيرة genannt zu sein.

١٥١, ult. l. لآوِى, vid. Gloss.

١٥٣, 13 l. رقودًا.

١٥٥, *f* pro بان l. باب.

١٥٨, 7 l. ثمانى عشرة.

١٦٠, 4 metrum postulat ديننا s. دينها pro Codicis اديانا: Probabiliter desumptum est hemistichium ex antiquo carmine populari, cf. *Kitâbo 'l-Oyûn*, ١١٤ seq.

١٦٧, *k* l. Jacût مشهور.

١٦٨, 6 correctius عشر.

١٧٣, 6 et *f* قريّات forte praeferendum est قَرَيَات.

١٧٧, *q* Nöldeke: Mahûza heisst »Stadt" besonders »Grossstadt" (ungefähr wie مصْر im Arab.) und ist Eigenname verschiedener grosser Binnenstädte; unweit Seleucia lag »Mâhôz Malkâ" (Maozamalcha bei Ammian); ܡܚܘܙܐ scheint gradezu = المدائن den Complex der pers. Königstädte zu bedeuten etc.

١٨١, 5 l. ستّة pro اربعة (Codd. اربع). — 6 l. فالسبعة et والسبعة.

١٩١, *a* et *c* Restituendum est كفر كيلى apud Kodâma. In mappis hodiernis (e. g. Van de Velde) »Kefr Kile" (Nöldeke).

٢٠٠, 3 l. وبين قطيعة, cf. p. ٢٠٦, 2 et ٢٠٥, 14 seq.

٢٠٤, 1 et *a* l. وحَبْسهم (v. Kremer).

٢١٣, 8 probabiliter l. بالقشّ, vid. Gloss.

٢٢٨, 9 pro والمنيفة vera fort. lectio est والسيفة, quod nomen quoque alibi corruptum est, vid. ١٧٣ *i*, ٢٥٦ *b*.

٢٥٠, 6 et ٢٥٣, 13 l. مُخْرِى sine *taschdîd* (Nöldeke).

٢٥٨, 2 pro بيسان Abu No'aim in Historia Ispahâni habet ميسان.
5 pro مكران apud Abu No'aim est ماه كران, ut quoque restituendum videtur apud Jacût, IV, ٦١٢, 17. Praecedens خـوز apud Abu No'aim non exstat, magna enim est discrepantia inter duas redactiones. — 9 l. وعَبْدَس.
11 Abu No'aim وماء سوران وماء ذات المطامير من قرى حلوان وماء هفنجانى.
16 pro النوبندجان Abu No'aim البندنجان.

٢٥٩, 3 pro السرّ Ibn Khord. 123 السنّ quae lectio quoque bona esse potest.
5 et *f* Ibn Khord. حسن الاشجار quod iam propter homoioteleuton falsum esse debet. — 6 et *h* Ibn Khord. الواديان.

٢٦٣, ann. l. 5 l. ارسبانيكث et ٣٢٥.

٢٦٩, 7 accuratius est خَطًّا (Thorb.).

٢٧٠, 17 dele signum ' post بخارا.

٢٧٩, 7 l. اسخياءً.

٢٨٠, ult. l. تخالف (v. Kremer).

٢٨٣, 8 Operae pretium est adnotare locum ex opere *Mafâtîh al-Olûm*, Ms. 514, f. 37 r. الهياطلة جيلٌ من الناس كانت لهم شوكة وكانت لهم بلاد طخارستان واتراك وخُلج وكنجينه من بقاياهم.

٢٩٧, 5 l. رَخُود = رُخَّج, coll. Bekrî ٤٠٥ (Nöldeke).

٢٩٩, 10 l. والحمام sine *taschdîd*.

٣٠٣, *f*. Cf. quoque Jacût, III, ٤٤٨ ult.

٣١٠, 14 l. ظرفها, vid. Gloss. sub صنيفة.

٣١١, 5 l. كتيفه.

٣١٩, 8 l. اسوار كاريز ut ٣٢٩, 4.

٣٢٢, ann. l. 7 l. كلُّها (Thorb.).

٣٢٣, 9 l. كلُّهم (Thorb.). — 10 l. قاضٍ (Thorb.).
17 l. القرآتَبِين (v. Kremer). — 19 l. والتاختج.

٣٢٤, 2 l. والزنبغت.

٣٢٦, 4 restitue السان. — *e* pro فاخصمهم v. Kremer proponit فافحمهم.
9 pro وذو l. ودواء. Dubito quoque au lectio الغار sana sit, vid. Gloss. sub دوى.

٣٢٧, *f* l. يجوّدونها (Thorb.). — *g* post تبرّد ins. (l. يتردّى).

٣٢٨, *a* post بالغداوات ins. (l. بالغدوات).

٣٥٥, 2 l. علماً (Thorb.)

٣٥٧, 8 restituenda videtur lectio B الحَمْريّة. Nempe quaestio quidem est de Khorramitis, sed in Khorâsân appellabantur de قرية الحمراء (M ٧١, 6, ٣٥٢, 8), vid. Ibn Khallicân n. 350, Fasc. IV, p. ٣٥. Corrigatur igitur index et Gloss. sub خرم et خمر.

٣٦٣, 15 l. مدٌّ (Thorb.).

٣٦٤, 10 Thorb. vult دويّا, sed cf. Gloss. sub راى. — 14 l. الصداً.

٣٧٧, 8 restitue ثوران, vid. Gloss.

٣٨٦, 10 pro سبه l. بوسنه. — 14 l. كلٌّ.

٣٩٢, *h* pro ٩٥٨ l. ٩٨٥.

٤٠١, *a* Dicere debuissem: in vicinia iacet locus باايوب appellatus. Diversas enim esse stationes patet ex itinerario Ibn Rosteh, Cod. Mus. Britt. f. 191 r., cuius apographum amice mihi misit Cl. G. Hoffmann.

g post Kod. ins.: ut quoque ipse M ١٣٥, 7.

٤٠٣, 6 l. بيبت.

٤٠٤, 12 scribendum est عَسْكَرُمُكْرَمٍ coll. Ibn Ja'îsch ٧٨, 4, ١٧٩, 4 (Thorb.).

٤١٥, 5 restitue وحبّيّة.

٤٣١, 2 l. يجرى.

٤٣٢, 11 l. بالفارسية.

٤٣٣, 9 Thorbecke proponit legere يبرون.

٤٤٨, 16 l. راعُوَيْهِ (Thorb.).

٤٥٠, ann. 7 a f. l. مبلول (Thorb.).

٤٥٩, 8 l. وبه سِمَاقٌ ورمّال. — 13 l. نظّارة.

٤٨٧, 1 in titulo l. المفازة.

٤٨٨, 4 et 9 et ٤٩١ ann. l. 6 a f. male scripsi طَبْس, restitue طَبَس.

Gloss. p. 190 Baschkar apud Levi est falsa lectio pro Kaskar, vid. Landauer in *Gött. gel. Anz.* 1879, p. 390.

» p. 194 Imprudenter sub بنق recepi emendationem Kremeri ad *Fragm. Hist.* ١٠٧, 10, nam مُنْتَقَة vulgaris forma est pro منطقة, vid. *Morgenl. Forsch.* p. 146 et alterum ex. *Fragm.* ٣٨٨ *b.*

» p. 278 In Codice Cahirensi locus Djâhiti sic legitur: ولنا الطبول المهولة والبنود العظام ونحن اصحاب التجافيف والاجراس والبارفكند واللبود الطوال والاعمدة والمعققة والقلانس الشباشية (sic) والخيول الشهرية ولنا الكافركوبات والطبرزينات فى الاكف والخناجر فى الاوساط. Illud اعناد igitur mera corruptela est. Incertus sum utrum lectio المعقّفة sine aut cum copula praeferenda sit. Vocis بارفكند e بار et افكندن ut videtur compositae significatio etiam obscura mihi remanet.

» p. 338, l. 12 l. nam كتف = رفق.

BIBLIOTHECA GEOGRAPHORUM ARABICORUM.

PARS QUARTA.

CONTINENS

INDICES, GLOSSARIUM ET ADDENDA ET EMENDANDA AD PART. I—III

AUCTORE

M. J. DE GOEJE.

LUGDUNI BATAVORUM.
APUD E. J. BRILL.
1879.

PRAEFATIO.

Pauca sunt quae ad editionem meam geographorum Istakhrî, Ibn Haukal et Mokaddasî praefanda habeo. Anno 1871 in opere *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft* (t. XXV, 42—58) egi de quaestione uter, Istakhrî an Balkhî, auctor libri al-Masâlik appellari deberet, et ad hanc veni conclusionem: Balkhîum revera commentarium concinnum ad mappas edidisse, quem Istakhrî adeo auxit, ut eodem fere iure nomine auctoris dignus sit, quo Ibn Haukal, qui Istakhrîi librum basin fecerit sui operis. Eo tempore codicem Constantinopolitanum Mokaddasîi nondum consulere potueram, exceptis capitibus de Khûzistâno et de Perside, quae Belin transscripserat in usum Cli. Barbier de Meynard, quaeque hic qua est liberalitate amice mihi commiserat. In introductione autem huius codicis est locus, quem edidi in annotatione ad p. ٥ meae editionis, et quae magni est ponderis ad illam quaestionem illustrandam. Mokaddasî nempe dicit, se diversis locis vidisse tria operis Masâlik exemplaria, quorum unum in titulo adscribebatur Balkhîo auctori, alterum absque titulo erat, sed habebatur pro opere Ibno 'l-Marzobâni al-Karkhî, tertium secundum titulum auctorem habebat Ibrâhîm ibn Mohammed al-Fârisî, i. e. al-Istakhrî. »Atque hoc, ait, verum est, nam plures viri mihi affirmaverunt, se hunc in hoc libro componendo occupatum vidisse, inter eos Abû Hâmid al-Hamdânî et Abû Naçr al-Harbî". Addit mappas huius libri bonas esse, non vero ubique sine mendis, sed descriptionem non easdem laudes mereri, divisionemque provinciarum desiderari. — Mirum est, in altera Mokaddasîi redactione, quam codex Berolinensis exhibet, Balkhîum appellari auctorem libri Masâlik, sine ullo verbo de Istakhrîo, licet quoque in hac redactione in capitibus de Perside, de Kirmâno et de India Ibrâhîm ibn Mohammed al-Fârisî laudatur. Solutio

huius aenigmatis difficillima est, quoniam non liquet utra redactio prior sit. In annotatione ad locum laudatum Mokaddasîi iam observavi, me male conclusisse e loco Mokaddasîi ٣٧٥, 10 Istakhrîum quoque Karkhîum appellatum fuisse.

In confirmationem eorum quae in disquisitione supra laudata de Istakhrîo auctore libri Masâlik dixi, addendum habeo, quod auctor huius operis narrat p. ٣١٨ quae ipse in urbe Samarkand viderat, dum Abû Zaid Balkhî, teste Mokaddasîo, nunquam traiecerit Oxum. Observari quoque meretur, quod notitia ex anno 324, itaque duobus annis post mortem Balkhîi, quam in annot. *c* ad p. ١٣٩ meae editionis edidi, non tantum in epitome Gothana et in optima versione Persica occurrit, sed quoque in alia epitome operis Masâlik nuper reperta, quae ceterum additamentis caret. Hinc verosimile fit hanc notitiam, quamquam in codd. A et B non exstet, ipsius auctoris operis Masâlik esse.

Epitomen hanc in Aegypto tribus abhinc annis emit Cl. A. von Kremer et qua est nobili liberalitate statim mihi misit. Scripta est anno 589 et magni mihi usus esse potuisset in textu constituendo. Iucundissimum nunc saepe praestitit munus confirmandi lectiones quas receperam. Codex, quod deplorandum, multa damna passus est, quoniam mappae coloratae pleraeque paginis oppositis agglutinatae fuerunt et deinde vi solutae sunt, quo factum est ut et mappa et pagina opposita partim pessum datae sint. Porro compluria folia deperdita sunt. Universe bene est exaratus, sed puncta diacritica saepe desiderantur, praesertim in nominibus propriis. Ipse textus non malus est, sed non a vitiis mendisque vacuus. Ex mea aestimatione epitomator tertiam circiter partem totius operis omisit. Redactio codicis quo usus est, plerumque consentit cum ea quam in epitome Gothana et in excerptis Jacûti cognovimus. In Addendis et Emendandis varias lectiones maximi ponderis cum lectore communicavi, quibus addidi ea quae e versionibus Persicis quas demum post textum editum consulere potui, notatu digna visa sunt. Si haec adminicula prius habuissem, fortasse hic illic lectiones epitomes Gothanae, quam C appellavi, et epitomes nuper repertae nunc Leidensis, quam L nuncupavi, praetulissem lectionibus quas ex codice Bononiensi (A) et codice Berolinensi (B) recepi. Non tamen necesse habui, omnes eas varias lectiones codicis L notare quae ad sensum nihil faciunt, praesertim si iam ex uno pluribusve codicibus eás in annotatione memoraveram. Versio Persica quam compendio O designavi est codex East India Office 1026, e quo Ouseley fecit suam versionem Anglicam sub titulo »The Oriental Geography of Ebn Haukal". Compendio F significavi codicem Bodleïanum 373 Ous.

Ut de Istakhrîo, sic quoque de Ibn Haukale nihil reperire potui, nisi quas ipse notitias descriptioni interspersit. Nam Abû Ahmed Ibn Haukal, qui memoratur ab Ibno 'l-Athîr, VIII, ٣٩٩, a nostro cuius konja Abu 'l-Kâsim erat, diversus esse videtur. Itinerarium suum quod se ad calcem libri daturum esse

in introductione (p. ٩, 1) promittit, ad nos non pervenit. Sed cum lectore communicat se anno 331 iuvenili adhuc aetate Bagdâdum reliquisse motus desiderio terras populosque cognoscendi et simul mercatu quaestum faciendi. Ad finem prioris partis sui libri, p. ٢٣٥ seq., dicit se in itineribus semper secum habuisse opera Djaihânîi, Ibn Khordâdbehi et Kodâmae ibn Dja'far. Ad Kodâmae librum praesertim multas fecerat annotationes, mappas quoque nonnullas delineaverat, quum Abû Ishâk al-Fârisîo i. e. al-Istakhrîo incidit. Hic non tantum quae Ibn Haukal fecerat approbavit, sed etiam ei emendandas mandavit quas ipse confecerat mappas, quarumque imprimis mappae Indiae, Aegypti et Maghribi revisione indigebant. Ibn Haukal mandatum suscepit et operis Istakhrîi huius sub nomine novam curavit editionem. Deinde vero consilium cepit ut totum se dederet huic operi, mappas emendaret et textum corrigeret aut suppleret, ubi necesse videretur. Concursus ille cum Istakhrîo probabiliter circa annum 340 obtinuit. Ibn Haukal itinera continuavit nec ante initium anni 367 suo libro conscribendo vacavit (p. ٢٠, 15). Revera hic liber nititur opere Istakhrîi quod plerumque verbotenus recepit, passim paucis adiectis aut relictis. Nonnullis capitibus fere prorsus nova substituit, ut descriptiones Aegypti, Africae, Hispaniae et Mesopotamiae. Duos tantum codices ad meam editionem parandam habui, Leidensem ex archetypo satis bono descriptum, sed a librario adeo imperito, ut non viderit ordinem foliorum turbatum fuisse. Quo ordine codex legendus sit, iam Uylenbroeck in Dissertatione de Ibn Haukale, uno loco excepto, bene praescripsit. Passim corruptus et lacunosus est. Alterum Oxoniensem qui cum Leidensi quoque in vitiis plerumque consentit, sed multo peiore versatur conditione, quum multa folia mutila sint et magna pars libri desideretur. Eo maioris momenti mihi fuit epitome Ibn Haukalis sexto saeculo facta a viro docto qui de suo passim nonnulla adiecit. Hoc compendio usi sunt Makrîzî et Makkarî ubi Ibn Haukal laudant. Bibliotheca Parisiensis bonum eius possidet codicem. Mirum est quod hic orditur dedicatione operis principi Saifoddaulae ibn Hamdân, qui anno 356 obiit, licet dubium non sit, compendium hocce e libro nunc edito anno 367 conscripto esse concinnatum. Unicam quam video solutionem huius rei est admittere nostrum librum fuisse alteram editionem, priorem ab auctore qui Mosulensis itaque civis principatus Hamdânidarum fuit Saifoddaulae dedicatam fuisse, hanc autem dedicationem in nonnullis exemplaribus alterae editionis conservatam mansisse, licet in ea Hamdânidae vehementer perstringantur. Quamvis multam operam huic textui restituendo navaverim, restant tamen loci quos corruptos esse existimo, verum emendare nequeo. Additamenta ex epitome in prima capita in Addendis et Emendandis inveniet lector, cetera in annotatione ad textum recepi. In mea Istakhrîi editione descriptio Transoxaniae abbreviata legitur quam codices A et B continent. Textum fere integrum Istakhrîi Ibn Haukal in suum opus recepit, quapropter varias

lectiones aliorum codicum Istakhrîi ad illius textum dedi, tum in annotatione, tum in Add. et Emend.

Mokaddasî i. e. Hierosolymitanus, quemadmodum de urbe natali appellari solet, itinera exorsus est iuvenili aetate. Anno 356, quum viginti annos natus erat, iam Meccam visitavit (p. ١.١, 5) Non vero ante exactum annum quadragesimum aetatis, anno 375, opus edidit, ut ipse in introductione narrat (p. ٨ seq.). Utraque vero quae ad nos pervenit redactio eius libri paullo recentior est. Nam anno 377 quum Meccae esset, auctor ab Hispano relationem accepit de regionibus Hispaniae (p. ٢٢٣ *i* et ٢٣٥, 16). Principem regnantem familiae Bowaih dicit esse Abu 'l-Fawâris Scharafoddaula (p. ١٣٣, 2 et ٤٥. *b*), qui biennio amplius regnavit, annis 376—379. Jacût, I, ٩٥٣, 10, pro certo affirmat Mokaddasîum opus conscripsisse anno 378. Falsam inde quidem facit conclusionem (vid. ad M ٢٣. *e*), sed res ipsa vera esse videtur. Ad eundem etenim annum nos quoque ducit notitia p. ١٨٩, 2, quae probabiliter scripta est postquam Bakdjûr, dux Hamdânidarum, depositus fuit a khalifa Fatimida al-Azîz (Ibno 'l-Athîr, IX, ١٣ et ٤.). Sed quod mirum est, de utraque redactione hac in re idem valet. Praeproperum itaque tuli iudicium, quum in annotatione ad p. ٥ et ١٤ *e* scripserim codice Constantinopolitano (C) priorem, codice Berolinensi (B) posteriorem editionem contineri. Certam discrepantiam, ut supra dixi, in chronologia nullam inveni. Revera quaestio anceps est, et in utramque partem disputari potest, sive C ex B esse abbreviatam, sive B esse alteram auctam editionem C. Utrum ponatur, manent quaestiones quas dirimere nequeo. Quomodo e. g. casu priore explicari potest, kâdhîum Abu 'l-Hasan Alî ibno 'l-Hasan quem C plus semel nominat et cui tum in introductione (p. ٩٩), tum in carmine ad calcem libri opus suum disertis verbis dedicat, in B bis tantum memorari (p. ٨, 8 et ٣٩٩, 21) sub titulo *al-kâdhî al-mokhtâr* (egregius iudex), nusquam nominari, neque de dedicatione verbum existere, nisi quod dicit auctor se librum suum eius iudicio submisisse? Fere inclinaremur ad statuendum, kâdhîum illum diem iam obiisse quum B edita fuit, aut auctori tunc temporis parvi interfuisse, eum primo collocare loco. Cum his copulandum est, quod loco p. ٩, 2 coll. ann. *c*, ubi C principem Samanidam memorat, in cuius dominio kâdhî ille degebat (cf. p. ٢٩١ *e*), B eius loco habet khalifam Fatimidam al-Azîz billâh. Quum eo tempore imperium Fatimidarum crescendo, Samanidarum diminuendo esset, probabilius est B recentiorem esse, quoniam substitutio Samanidae pro Fatimida non ita facile explicari potest. Eandem forte ob causam locus de origine Fatimidarum, quem C habet p. ٢٤٤ *b*, in B omissus est, dum haec contra p. ٢١٢, 8 seqq. Fatimidas laudibus ornat. Taceo de multis rebus maximi momenti quas B continet et quarum omissio in C admodum mira est, si haec est posterior editio. Contra in C passim verba melius ordinata sunt aut locus omnibus numeris perfectior est, ut in ultimo utriusque partis capite.

Haec quoque editio res notabiles continet quas B non habet. Ut hoc tantum dicam, vix intelligi potest, cur auctor bonum suum iudicium de vero auctore libri Masâlik, quod in C cum lectore communicat, in B reticuerit.

Vitam Mokaddasîi apud biographos quos consulere potui frustra quaesivi. Ipse de familia nonnulla refert. Avus paternus Abû Bekr al-Bannâ celeber fuerat architectus, qui in Palaestina multa opera publica exaedificavit (p. ۴۹, 22, ۱۶۳, 2 seqq.). Nobilissimum eius opus, portus urbis Acca, quem iussu Ibn Tûlûni fecit, a nepote in libro describitur. De patre suo Ahmed nihil tradit, sed memorat patruum Abû Alî al-Hasan, a quo de avo nonnullo acceperat (p. ۴۹, 19). Nomen familiae paternae probabiliter erat al-Basschârî. Familia matris oriunda erat ex urbe Biâr, quae in provincia Djordjân, non procul a confinio Khorâsâni iacet. Avus paternus Abu 't-Tayib as-Schawâ inde migraverat Hierosolymas (p. ۳٥٧, 7 seqq.). Erat vir opulentus, architecturae amantissimus (p. ۳۶٧), unde verosimiliter notitia eius cum avo paterno nostri explicanda est. P. ۱۸۸, 4 seqq. auctor historiolam narrat quam ab avunculo Abdollah ibno 's-Schawâ acceperat. Ipse quoque Mokaddasî architecturae non imperitus fuit, ut multi eius operis loci testantur. Bona educatione fruitus erat et non solum in variis disciplinis, praesertim theologo-iuridicis edoctus erat, sed mercatura et operis fabrilibus (p. ۱۰۰, 6 et 10) victum quaeritare poterat. Librum eius opera decessorum, quamvis meritoria, valore longe superare, notum iam est. Non tamen hoc excusat immodicam sui aestimationem quam auctor iterum atque iterum prodit. Facile quoque carere possemus una et altera docta dissertatione, quibus libenter indulget auctor et quibus ipse sibi impense placet, nec sine assensione legimus quae lector scripsit in margine codicis Berolinensis (vid. p. ۳۸۸ *e*), talia futilia esse nec aliae rei inservire quam paginae implendae, quando auctor nihil ad argumentum pertinens habeat. Sermo Mokaddasîi plurimas offert difficultates, imprimis quia verbis non raro utitur in certa regione valentibus, alibi ignotis. Consilium nimirum eius erat, ut ipse exponit p. ۳۲, in descriptione singularum regionum sermonem incolarum imitari, in introductione autem uti sermone suae patriae i. e. Syriae. Quantum potui, difficultates illas in glossario illustrare conatus sum. More solito non tantum omnia recepi quae in lexicis Freytagii et Lanei desiderantur aut explicatione indigent, sed quoque locos nonnullos difficiliores tractavi et composui in usum lectoris locos ubi de certo producto aut de sectariis sermo fit. Quum glossarium conscriberem, sexta ferme pars Supplementi Dozyani typis expressa fuit; summa benevolentia vir amicissimus mihi permisit reliquam partem e suo manuscripto conferre. Sic dum lectorem ad Supplementum relegare potuerim, non pauca tanquam superflua omittere licuit. Vix addere necesse est, praestantissimum illud opus mihi saepe insigni usui fuisse. In praefatiuncula ad textum Mokaddasîi a lectoribus petivi, ut mecum communicare vellent, si quae ad il-

lustrandum emendandumve textum observanda invenirent. Satisfecerunt invitationi imprimis V. V. Cl. Cl. amicissimi von Kremer, Nöldeke, Thorbecke, Rosen, quibus quae debeo in Glossario et Add. et Emend. videre licet.

Indices ut quam utilissimos redderem, quoque recepi nomina in annotatione obvia, formas nominum rariores cet. Falsas si quando in textu inveni lectiones in indices non recepi, et lectorem rogatum velim ut nusquam negligat conferre Add. et Emend. Usus sum compendiis I pro Istakhrî, H pro Ibn Haukal, M pro Mokaddasî.

Bibliothecam geographicam hoc tomo claudere nequaquam consilium est meum. Sed utile visum est, iam nunc edere indices cet. ad haec tria opera. Ut primum alteram seriem inchoabo, cuius fortasse primum opus erit compendium Ibno 'l-Fakîhi, cuius editionem parat amicissimus Loth. Momenti huius rei gratia rogo omnes qui libros geographicos noverunt, quorum editio optabilis est, ut me consilio suo et imprimis manuscriptis apographisque adiuvent.

L. B. mense Iulio 1879. M. J. DE GOEJE.